[illegible] peccatis terreni
[illegible] quasi ut pro sectum
adhuc in vita retineret
ut futuram iam exitus [illegible]
[illegible]pit pietatis [illegible]

[illegible] Lectio ii Machabeorum
Vir fortissimus iudas
collatione facta duodecim
milia dragmas argenti
misit ierosolimam offerri











C U IV. 31.
BIBLIOTHECA
REGIÆ CANONIÆ
STRAHOV
PRAGÆ BOHEMIÆ



CASPARI PEVCERI
BVDISSINI

PHILOSOPHIÆ AC MEDICInæ Doctoris eximii

IN QVE ACADEMIA
WITTENBERGENSI
Professoris olim ordinarii primarii,

TRACTATVS DE FEBRIBVS
ab autore ipso primum publice prælectus,

NVNC VERÒ

IN LVCEM EMISSVS DVPLICIQVE indice locupletatus.



FRANCOFVRTI
Typis Nicolai Hoffmanni, Sumptibus
Ioannis Berneri.

Anno M. DC. XIV.



CASPARI PEVCERI

PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTORIS EXIMII, INQVE ACADEMIA WITtenbergensi Professoris olim ordinari primarii,

TRACTATVS De FEBRIBVS.

DE FEBRE SYNOCHO CAP. I.



POSTQVAM GALENUS ABsoluit curationem febrium Ephemerarum, accedit ad alteram partem febrium, quæ fiunt humoribus incensis seu cum putredine, seu sine putredine. Quæ sine putredine in massa sanguinea incenditur, cognata est Ephemeris vocaturque σύνοχος χώρις σήψεως, continens absque putredine, vulgo synochus inflatiua. Inuadit autem magna ex parte illos tan- *Synocho obnoxii qui.*

 tum,

tum, qui conſtitutione corporis ſunt calidiore, & humidiore, aut temperata media ætate & præſertim ſi habitus corporis ſit carnoſus & plethoricus. Fit autem, maſſa ſanguinea incaleſcente in corde & venis, ad feruorem uſque & exæſtuationem, quam Græci ζέσιν & φλόγωσιν vocant, ſed citra corruptionem ſubſtantiæ humorũ, quod fit in putredine. Caloris autem augmentum, ſi procedat eo uſque, ut non tantum quantitatem caloris natiui augeat, ſed adferat mutationem ſubſtantiæ, gignit putredinem. Fitque tum ex Synocho non putrida ſeu ſimplici, putrida ſynochus. Accenditur autem hic calor ab iisdem cauſis, quibus Ephemera, ſed maioribus ac vehementioribus, quales ſunt magna adſtrictio & conſtipatio cutis & plethora magna ex quacunque ſit cauſa, ſiue ratione victus, ſiue propter conſtitutionem naturalem, qualis eſt in carnoſis & ſucculentis corporibus. Si vero in conſtitutione temperata corporis tales viuant intemperanter, ſeque vino & carne multa impleant, *ſtatuendum eſt:* Ab his cauſis enim ſpiritus inflammantur & ſenſim incaleſcunt, Inde vapores tenues & calidi, atque calor ipſe delatus ad cutem, ſi denſitate adſtricta cutis teneatur atque cohibeatur, colligitur, atque ingeminatus maſſam ſanguineam in venis, arteriis & corde ipſo calefacit, ut ceu efferueſcat, ſeu exæſtuet.

Eius materia.

Signa.

Notæ eædem ſunt, quæ Ephemerarum ſed accedunt & aliæ huic febri propriæ, quod ſcilicet corpus totum & facies maxime incaleſcunt & rubeſcunt, laſſitudo diſcedens aggrauat

uat articulos, iactatio & inquietudo magna cor-
pus fatigant, venæ ſanguine impletæ turgent
tempora vehementer pulſant, caput aut dolet
aut grauedine premitur, ſomnus ſæpe adeſt pro-
fundus ac veternoſus, reſpiratio difficilis, pulſus
magnus, frequens velox, plenus, cutis non
ſqualida, ſed mollis, non acri calore mordicans
man[illegible]m, ſed blando calore madoreq; profuſa.

Tres ſunt eius ſpecies. Vna in qua calor ma-
net ſui ſimilis toto tempore febris, incendii *Species.*
tantum enim diſſipatur, quantum inflammatur, 1.
uocaturque σύνοχος ὁμότονος. Altera, in qua
calor continuo incremento inſurgit & intendi- 2.
tur, plus enim inflammatur, quam diſſipatur, &
vocetur σύνοχοσ ἐπακμαστική. Tertia, in qua calor
mox à principio ſenſim minuitur ac decreſcit, 3
plus enim diſſipatut, quam inflammatur & vo-
catur συνοχοσ παρακμή.

Si iuſta & conuenientia adhibeãtur remedia,
primo ſtatim die expeditur curatio. Si negli- *Curatio.*
gatur, aut non recte tractetur febris, mox dege-
nerat in putridam. Dirigitur autem curatio
partim ad cauſam, ſcilicet ad plethoram, quæ
eſt προηγουμένη, & cutis denſitatem, cauſam οὐκ
ἀνέυ, partim ad morbum, videlicet ad ipſum ca-
lorem febrilem in corde, epate, capite & ſpinali
medulla. Victus ratio ſit ex refrigerantibus &
ſiccantibus. Plethoram diminuet Phleboto-
mia vel baſilicæ vel mediæ venæ brachii dextri,
quæ ſi vires, ætas, & habitus corporis conce-
dant, fieri poteſt uſq; ad deliquium animi. Præ-
mittatur tamen ſemper alui lenitio, enemate al-
terante vel potiuncula leniente vt:

℞. *Malvæ,*
Bliti,
Violarum,
Hordei ana. M.j. *fiat decoctio.*
Colat: ℞. ℔.j. *in qua dissolue*
Pulpæ caßiæ,
Sachari Rubei ana. ℥j.
Olei violacei ℥iij. *Salis parum, fiat Enema.*

Vel. ℞. *Capillo. Veneris.*
Flor. Boraginis,
Buglossæ ana. M. ß.
Prunorum num. vij.
Tamarindorum ℥. *fiat decoctio.*

In Colatura ℥. vj. *dissoluantur aut Mannæ Electæ* ℥. x. *aut florum caßiæ* ℥. j. *& addatur Syr. violarum* ℥. j. Valebit & vsus cucurbitulorum cum scarificatu, & prouocatio sanguinis narium, hæmorrhoidarum, mensium, &c. Post plethoram euacuatam cutis aperiatur frictionibus, vt in Ephemeris dictum est, quæ inchoentur ab extremis, cruribus scilic. & brachiis. Calor alteretur infrigidantibus, quæ & intra corpus exhibeantur, vt syrupi & confectiones, infrigidantes item succi, vt arantiorum & limoniorum: vel foris applicentur. Conueniunt autem cordi & Epati Epithemata, de quibus infra copiose dicetur.

DE FEBRIBVS PVTRIDIS.
CAPVT II.

AB Ephemeris accedit Galenus ad Putridas febres, quæ in humoribus accenduntur putredine: Hæ vero sunt aut morbi, aut symptomata. Morbi sunt & vocantur febres, quorum causa

causa continens est putredo humorum in vasis. *Febres*, vt symptomata, causam continentem habent morbum in parte aliqua, à quo cientur ac fouentur, præcipue vero *aut tumorem* calidum præter naturam, vt phlegmonem vel Erysipelas, *aut obstructionem, aut putredinem valentem humoris*, ita pertinaciter impacti, vt eius putredine substantia partis, in qua est obstructio, afficiatur, *aut ipsius substantiæ partium putredinem*, qualis est putredo in exulcerato pulmone, quam phthisin sequitur & hecticam efficit cum putrida. Incenditur autem tunc febris, quæ ex parte inflammata aut putri, aliquid putredinis vel teter putridusque nuper assidue & sine intermissione ad cor spargitur in eoque inflammatur & alit calorem febrilem. Quapropter hæ febres symptomaticæ sunt è genere febrium continentium. Nunquam enim vel desinunt, vel intermittunt, donec morbus adsit, à quo pendet. Sed si inflammatio sit in exterioribus partib. & procul à corde dissitis, aut nullam aut solam Ephemeram accendit corde continuatione caloris calefacto. Putrida vero tunc fit, cum inflammatio partes internas & cordi vicinas occupat, sic, vt ex parte inflammata aut humor, aut halitus feruidus, acris & putris ad cor possit effundi. Sic à Phrenitide, quæ est inflammatio aut ipsius cerebri, aut membranarum eius, Angina, Peripneumonia, Phthisi, Pleuritide, Epatide, Splenetide, Inflammatione diaphragmatis aut Ventriculi, Nephritide incenduntur febres, quibus ardet corpus continue tantisper, donec inflammatio duret.

Febres ut morbi ſimplices, ſi è putredine oriuntur, aut continuæ ſunt, aut intermittentes, Acutæ vel χρονικαὶ & utræq; vel Symptomatis affligunt vel ſymptomatis carent.

Continua & intermittentes quomodo differant.

Continuarum materia.

Continuæ ab intermittentibus differunt ***materia & ſede ſeu foco putredinis.*** Materia quidem, quia continentium materia continetur & vehitur ſemper in venæ cauę propaginibus, eſtq; humorũ maſſa, qui corpori alendo ſunt deſtinati, & putreſcit alias in maioribus alias in minorib. venis, alias in venis cordi propioribus, alias in remotioribus, & putredo ipſa aliàs magis, aliàs minus eſt mala pro ratione humoris putreſcentis, caloris natiui & obſtructionis, inde varietas exiſtit ſymptomatum, quæ comitantur continentes febres diverſa.

Diuerſitas ſymptomatum in continentibus unde.

Intermittentium materia.

Intermittentium materia ex iis eſt humoribus magna ex parte, qui epar non tranſcendunt, ſed in prima & ſecunda coctione geniti, ſeparatique à ſanguine poſt factam concoctionem in Caua regione Epatis, & in ſua receptacula conditi, aut in meſenterii venis retenti, colliguntur & coaceruantur in vna corporis regione ſubter præcordia, Quare propria ſedes putredinis non eſt ut quidã putarunt, in habitu corporis, quaſi è venis à natura eo humor depellatur, Sed citra omne dubium in ***contextu ramorum venæ portæ circa ſinum Epatis, meſenterium, inteſtina, lienem, Omentum, Ventriculum***, cuius rei vel illud argumentum eſt, quod in intermittentibus & manifeſtius quidem in billioſis, principio inuaſionis durante rigore vrinæ minguntur albæ, tenues, crudæ, & ob motæ bilis ad interiora con-

Putredinis ſedes.

ra confluxum, moleſta eſt ſuffocatio, tuſſis infe-
ſtat ſicca, adſunt oſcitationes, & pandiculatio-
nes, anxietates, præcordiorum distenſio &
compreſſio, dolor vehemens, his ſuccedit nau-
ſea, hanc excipit vomitus bilioſus, quæ auge-
ſcente paroxiſmo & ad ſtatum properante pau-
latim miteſcunt & multo magis in declinatio-
ne, cum vrinæ rurſus craſſeſcunt, ac flaueſcunt,
tandemque rubeſcunt ignea bile in vrinas ef-
fuſa,

Febres, quæ ſine ſymptomatis infeſtant ἐπιεικέστατοι ſunt. Quæ cum omnibus aut pluribus & ſæuiſſimis κακοηθέστατοι. Denique ſymptomata diſtinguunt febres ἐπιεικεῖς, & κακοήθεις. Etſi enim nulla febris ſit ſine ſymptomate, tamen quæ leuia ſunt & mitia ex his, inter ſigna numerantur: Sed ſymptomata hoc in loco vocamus ea, quæ ſæuitia ſua eo uſq; procedunt, ut ægrum non minus exerceant ac fatigent, quam febris ipſa & vires plus nimio vel labefactēt, vel diſſoluant, Id vero fit aut propter humoris copiam, malignitatem, ſitum, aut putredinis virulentiam, aut propter partis imbecillitatem, in quam fertur & decumbit, aut humor putris, ſuo impetu aut natura motus, aut effumantes ex illo halitus tetri putres & viroſi.

Sunt autem ſymptomata, ſitis intolerabilis, *Symptomata.* linguæ ariditas & ſcabrities, deuſtio faucium & incruſtatio à lento & aduſto phlegmate, degluttiendi difficultas, guſtus deprauatus, cibi faſtidium, nauſea, vomitus, alui profluvium, ſingultus, lipothymia, Syncope, oppreſſio, æſtus immodicus, rigor intolerabilis, oſcitationes,

σκορδινιασμοὶ, ſeu pandiculationes tanquam corpus vellet ſe eneruare, σάλοι, ſeu ἄλισμοι, id eſt, iactationes inordinatæ, lumborum grauitas, & articulorum veluti contuſorum, dolor capitis, vigiliæ παραφροσύνη, id eſt, alienatio mentis, παραλογισμός, ſeu fabulationes, wañ ſie abſoſen. Horum ſymptomatum cauſas poſtea explicabimus, etſi intelligere eas ſi locus affectus ſit cognitus, non ſit difficile.

DE FEBRIBVS INTERMITtentibus.

CAPVT III.

GAlenus orditur ab intermittentibus putridis, quas præter reliqua ſigna, de quibus dicemus, diſcernũt interualla quietis & quod frigore aut horrore aut rigore inuadunt, & qui paroxyſmus aut in manifeſtum ſudorem deſinit, vel madorem ſaltem, aut occulta tranſpiratione paulatim ſoluitur materia diſſipata. Intenditur autem febris intermittens hoc modo:

Febris intermittens quomodo intendatur.

Calidus & putris humor in quacunque parte imi ventris ſubter præcordia conditus tantiſper donec quieſcit, nec vel ipſe ſeſe impellit, vel à natura mouetur, nulla admodũ ſæua ſymptomata reliquo corpori inſunt: exagitatus vero ita, vt exæſtuet atque efferueſcat, aut ex foco putredinis excuſſus ad vicina loca, & ad diſtantiora etiam, varie corpus afficit, & concutit, *cum* per ſeſe, ſi ſcilicet ad ipſas partes remotiores feratur, vel impetu ſuo, vel copia, vel acredine, mordacitate ac feruore, vel viroſitate, & malitia putredinis: *tum* per conſenſum, reliquo corpore ab

re abimpulsis quassatisque præcordiis affecto. Si humor vaporve fuerit exiguus, vt in tertianis leuioribus; aut sine acredine atque feruore insigni, vt quotidiana: aut sine virositate, cum putredo non est valde maligna, aut si lente moueatur, siue concitato impetu, facit, ut exteriora tantum leuiter perfrigerentur, calore & spiritibus ab externis intro reuocatis velut in opem & auxilium cordi ac vicinis præcordiis. Si copiosor fuerit humor, aut acrior, & feruentior, aut ex putredine virosior, aut concitatiore impetu ruat, facit, vt cum frigore corpus inhorrescat, id est, leniter fibretur ac concutiatur, & ceu contremiscat. Si plurimus fuerit humor, si vehementer acris & mordax, si cum impetu excussus perpulerit membranas circa præcordia, aut sensibiles alias corporis partes, facit, vt rigeat corpus, id est, vt ad eum modum concutiatur vt vix cohiberi queat. Cum itaque à foco putredinis intus teter motusque vapor in omne corpus prorepit, hic illisus primum membranis circa præcordia, deinde & aliis sensibilibus partibus corporis, fit causa rigoris, vt *postea* dicemus. Idem vapor & ad cerebrum effertur, idque implet & pertingit ad cor, in eoque incendit humores, inde cum incensi halitus per arterias distribuuntur in reliquum corpus, exardescit primum febrile incendium & percipitur. Idcirco in accessionum initio, & cerebrum obruitur, & sopitur, & corde circumfuso pulsus contrahitur, & articuli corporis veluti degrauati languent. Ad extremum vbi in fomite materia, quæ putruit, tota deflagrauit & vapores putridi, humoresq;

resq; ex eodem foco in reliquum corpus diffusi, & impetu naturæ expulsi sunt, vel sua sponte extenuati ac dissoluti exhalarunt, soluitur paroxismus vel cum sudore manifesto vel sine eo, perspiratu insensibili, quod intelligatur de eo, quod ex foco putredinis sparsum est in habitum corporis: Nam quod in ventriculum & intestina expellitur, aut in iecur, aut venas grandiores, magna ex parte euacuatione manifesta, ut vomitione, profluuio alui, vel vrina purgatur. In tali specie intermittentium, quæ simplicissima est, vrinæ tempore accessionum particularium, usq; ad ἀκμὴν, colore substantiâ & sedimentis non multum discrepant à naturalibus: Declinante paroxysmo, cum fit solutio & dissipatio materiæ, quæ in iecur & venas irrupit, pars, quæ permiscetur sanguinis sero, tingit vrinas, vt rubescant, aut etiam crassescăt, pro ut crassior & malignior vel minus crassa & maligna fuerat materia. Nonnunquam pars humoris putridi, inuasionis impetu ferè sub horroris, rigorisq; finem in uentriculum, aut intestina propellitur, unde profluuia alui, aut biliosæ aut pituitosæ vomitiones existunt. Altera tenuior ex eodem foco eodemque impetu, per iecur & venas maiores in omne corpus effunditur, cum quidem paroxismi fiunt grauiores, et si humoribus ac vaporibus crassities simul insunt, etiam diuturniores. Nonnunquam totus humor in iecur & venas conuertitur, sine ulla manifesta euacuatione, ut fit in hemitritæis, qui propterea longi & periculosi sunt, & in vniuersum, quo maior pars putridi humoris ex foco putredinis

fuerit

fuerit intra venas corporis depulſa, quæ debebat foras verti & expelli per ventriculum & inteſtina, eo & paroxyſmi ſunt difficiliores, & tempus quietis eſt grauius, nunquam ex toto ceſſante febrili incendio, nec ſimptomatis deſinentibus, etiamſi aliquantulum interdum remittant. Hæc de modo generationis febrium, nunc de Paroxyſmis.

Cum autem ab alieno & putri calore efferbuit materia, ut unius paroxyſmi incendio & impetu tota conſumatur atque conflagret, & pars eius manifeſta euacuatione per aluum, vomitum, & vrinas, præſertim quæ craſſior eſt, pars tenuior vel ſudore euacuetur vel inſenſibili expiratu: Quæ vero in foco putredinis remanet, cremetur atque exuratur, quæ cauſa eſt, ut febris ſecundo paroxyſmo noua acceſſione recrudeſcat, id eſt, quæ eſt periodorum & circuituum cauſa in febribus, & quidem periodorum diſſimilium atque inæqualium, Cur ſingulis diebus febris pituitoſa, tertio quouis biliosa, quarto melancholica exacerbetur: Cur paroxiſmi aliâs anticipent, alias poſtponant, denique cur paroxiſmi alii diutius durent, alii breuiores ſint, id eſt, ut ſummarim dicam, Quæ ſit cauſa periodorum in febrib. in genere: Quæ cauſa diuerſitatis periodorum in differentib. ſpeciebus: Quæ cauſa disſimilitudinis in iisdem: Hæc eſt difficilima & perſpicua in materia febrium queſtio, de qua ſunt magnæ inter doctos cõtentiones. Aliqui enim non contenti cauſis, quas reperiũt in humorib. ipſis, alias quærunt inter cœleſtes cauſas, & in luna motum cum febrium,

tum

tum aliarum ægritudinum per vices recurrentium cauſas referunt.

Cauſa primarum periodorum in genere.

Cauſa congeſtionis materiæ.

Primarum ergo periodorum morborum in genere cauſam eſſe dicimus, cum Galeno collectionem in parte affecta materiæ alienæ, vel qualitatibus vel quantitate vel tota ſubſtantia, ſiue κατὰ συνάθροισιν fiat collectio ſiue κατ' ἐπίῤῥοιαν ſeu ῥεῦμα, συνάθροισις ſeu congeſſio fit errore virtutis alteratricis, ſiue in ipſa facultate membri ſit vitium, ſiue in aliméto, quod eſt excoquendum, & imbecillitate expultricis. Si enim dum excoquitur alimentum, in parte vitio alteratricis, vel alimenti coaceruentur ſuperflua & expultrix langueat, reſidet in loco ſuperfluum omne, ac ſi multum fuerit, grauat atque extendit; ſi acre, exedit & mordicat; ſi calidum eſt, calefacit; ſi frigidum, refrigerat; ſi oppreſſa virtute deſtituatur prorſus ope caloris natiui, putreſcit. Fluxionis cauſæ ſunt, vel in membris diuerſis, quorum vnum pellit, alterum ſuſcipit: vel in ſolo membro ſuſcipiente.

Fluxionis.

Fit itaque ex fluxione collectio vel ratione partis vtriusque ſimul, transmittentis & recipientis; vel tantum ratione partis recipientis, poſita ſemper materiæ idoneæ præſentia ſimul, & meatuum deducentium materiam oportunitate. In parte mandãte cauſa fluxionis eſt, robur virtutis expultricis: quo fit, vt pars vel copia, vel qualitatibus, vel aliena ſubſtantia humorum irritata excutiat ac repellat eum à ſe. In recipiente parte cauſæ receptionis ſunt imbecillitas partis, ſiue ſit à natura, ſiue contracta aliunde. Secundo conformatio partis, vt laxitas ſubſtantiæ, qualis in glandulis

dulis eſt, & interdum in articulis, vel cauitas naturalis qualis in venis eſt & arteriis, item in articulis. Tertio ſitus partium; inferiora, enim magis obnoxia ſunt fluxionibus quam ſuperiora. In humoribus vero cauſa fluxionis eſt, copia vel qualitas, vel vtrumque vel ſubſtantia toto genere præter naturam, vt in peſte, quæ irritant expultricem. Interdum vero & humor propria mobilitate mouetur à ſuperioribus ad inferiora, vel contra aut ſecundum cæteras etiam differentias extremorum terminorum cum eſt fuſus, exagitatus à cauſa externa. In parte obnoxia fluxionibus, cauſæ fluxionum ſunt, at calor, vel dolor attrahens: Calor laxat, dilatat, aperit meatus, fundit humores, at pars humores fuſos promptius recipiat. Dolor attrahit per accidens, quia ſtimulat naturam, vt ſpiritus copioſiſſimos & humores affatim & confertim ad partem laborantem transmittat, quibus pars foueatur. Spiritus impetu ſuo meatus aperiunt, & eodem humores attrahunt, vt per patentes vias promptiu fluant. Ad vtramque collectionem, quarum prior fit ob depulſionem, altera propter attractionem humorum requiritur meatuum oportunitas, ne ſint impediti, compreſſi aut adſtricti.

Quantum ergo ad generalem cauſam omnium periodorum morborum attinet, recurrunt paroxiſmi febriles, ſi vel generatur in foco putredinis ratione affectus, qui ex feruore putrido & cineribus remanet, vel attrahitur eò ex vicinis locis, aut reliquo corpore, vel vtroq; modo ibi colligatur noua materia putredini obnoxia, *Cauſa generalis omnium periodorum in morbis.*

xia, sique illa infecta contagiis putridi caloris, quæ reliqua sunt, in foco putrefiãt. Potest enim utroque modo coaceruari nova materia, scilic. ut generetur ibi & affluat. Generari potest, si alimentum ratione imbecillitatis partis, in qua est focus putredinis, corrumpatur, potest & affluere utroque modo ex reliquo corpore depulsa, & ad partem affectam, tanquam ad imbecilliorem, & attracta alieno calore, qui in foco reliquus est; æqualem manere, pulchre ostendit Galenus, inquiens, *Non consentaneum est, Si in æreis aut fictilibus vasis elixata obsonia nidorosum quiddam, si adurantur relinquant, nihil simile in primis partibus, in quibus humores putrescunt & aduruntur.*

SED CVR SINGVLIS DIEBVS PItuitosæ, tertio quouis biliosæ, quarto quouis melancholicæ febres exacerbantur atque recrudescunt?

CAPUT III.

MAgnæ sunt de hac quæstione disputationes apud Medicos. Aliqui non in humorum naturam, sed in causas cælestes, ut motũ lunæ has periodorum causas referunt. Sed omissa refutatione illorum nos causas collocabimus in humorum specie, qualitate quantitate, putredine, quæ in aliis humoribus est alia, ut ipsi inter se humores discrepant: Denique in motu humorum, quem diuersa putredo parit diversum.

Cur pituita moueatur singulis diebus. Singulis diebus pituitosa exacerbatur, quia Phlegmatis peculiaris est natura, quod utraque qualitate putredini obnoxium sit & maiore copia citius in foco putredinis colligitur, generatur eti-

tur etiam maiori copia quotidie & quia ſua quadam putredine putreſcit, quæ motus ciet quotidianos.

Eadem ratione bilioſa febris de tertio diē in tertium exacerbatur, quia talis eſt natura humoris, ſicut apparet in omnibus bilioſis inflammationibus in pleuritide, in epatide & ſimilibus, quas exaſperari quouis tertio die, conſtat. Deinde quia ſiccitate putredini aduerſatur & minore copia colligitur & ſuam quandam propriam habet putredinem huic ſpeciei conuenientem, quæ talium motuū cauſa eſt. Quicquid autem in foco putredine affectum exardeſcit à calore alieno id flagrat tantiſper, donec conſumitur. Succedit ergo intermiſſio ceſſante febrili incendio, ſi tota, quæ putruit, materia ſit conſumpta & quidem eo vſq;, donec propter cauſas prædictas ex nouo motu humorum noua collectione & noua putredine atque exæſtuatione cor denuo accendatur. Recurrunt autem ſtatis temporibus paroxyſmi, niſi quis ordinem interrumpat aut turbet. Multę autem ſunt cauſæ, quę paroxyſmorum ordinem turbant, efficiuntque, vt vel anteuertant conſuetum tempus, vel conſequantur. Accelerant paroxyſmum vel materię augeſcentis ex fluxu copia in loco putredinis, (ſiue attrahatur, ſiue affluat, ſiue vtroq; modo) propter cacochymiam corporis aut retentionem conſuetarum euacuationum; aut impuri alimenti vſum, vel extenuatione humorum ex calidorum & tenuantium vſu, aut robore natiui caloris vel ex agitatione humorum ab exercitiis, balneis, æſtu, iracundia &c.

Cur biliu tertio.

Vnde febriū intermiſſio.

Cauſa ordinem paroxyſmorum turbantes.

Accelerātes.

Remorantes.

Contrariæ causæ remorantur & prorogant paroxysmos. Si prorsus nullo certo ordine procedant, fit vel quia humoris natura permutatur in alteram naturam humoris (vt flaua bilis in atram, phlegma aduritur vt pene induat naturam bilis, vel quia inter sese humores confunduntur, vel quia complicantur, & concurrunt febres diuersæ, quæ diuersis temporibus inuadunt, & hoc persæpe fit.

De duratione.

Fiunt autem accessiones longiores, cum humores aut vapores sunt multi, crassi, lenti, aut cum obstructio est magna & insignis vasorum augustia: Deniq; cum potentia naturæ languida est & imbecillis. Breuitatis accessionum contrariæ sunt causæ, & humor paucus, tenuis lentoris expers viarum laxitas & amplitudo, virium robur seu potentia virium, & quotiescunq; hæ causæ omnes concurrunt paroxysmi fiunt aut breuissimi, aut longissimi. Hæc de causis periodorum in genere & in specie: Item de dissimilitudine inuasionum accelerantium vel retardantium: Denique de paroxysmorum longitudine aut breuitate dixisse sufficiat. Nunc adiiciemus aliquid de putridarum febrium causis, quas priusquã exponamus, trademus febrium distinctionem integram profuturam meo iudicio, & ad causas febrium & ad curandi rationem rectius intelligenda.

Febrium differentia.

Cum ergo curationis recta ratio institui non possit, ni febrium differentiæ sint explicatæ, trademus hoc in loco distinctionem febrium non sumptam à formali causa, qualem Hipp. exponit *in prima parte 6. Epid.* sed aliam partim à ma-

teria,

teria in qua, scilicet à subjectis diuersis caloris febrilis, cuius Galenus est autor: partim à causis efficientibus sumptam, cuius sæpe meminit *Hipp. in Epidem.* & complectemur præcipua genera omnium.

Discernimus autem initio cum Galeno febrem ut morbum, à febre symptomate. Febris symptoma, vt dixi, sequitur aut ad inflammationes internas aut obstructiones impactas ac pertinaces humorum putridorum aut ad putredines viscerum, estque è genere continuarum febrium.

Febris morbus omnis est aut ephemera, aut putrida, aut hectica.

Ephemera in spiritibus primum, putrida in humoribus primũ, hectica in solidarũ partium substantia primum ac per se incenditur, deinceps in reliquis: Sæpe tamen ephemera in putridam, putrida in hecticam transit & è conuerso hectica inueterata & confirmata putridam simul attrahit, ita, vt hectica non desinat, sed cum putrida coniungatur: Sæpe Ephemera excitat hecticam non mediante putrida: Putrida vero omnis aut simplex est, quam vocant γνήσιον καὶ ἀκριβῆς πυρετόν, id est, legitimam seu exquisitam febrem: aut est composita, quæ σύνθετος πυρετὸς vocatur.

Simplex ex vno aliquo puro sinceroque ac seorsim vel propaginibus venæ cauæ, vel in venis portæ ad mesenterium putrescente humore incenditur. Estque duplex continens συνεχὴς Græce & intermittens διαλειπτὸν πυρετὸς. Continens assidue ardet sed dissimiliter: alia enim sine vlla *Febris simplex quæ & quotuplex.*

remiſſione æquabili feruore, eoq; vehementi & intenſo continue corpus deurit ſine vlla remiſſione, vocatur autem συνεχὴς διάκης, idem, continens aſſidue ardens. Huius generis eſt καῦσος, Cuius incendium ſi eo vſque inualeſcat, vt interiora flagrẽt, extrema frigeant, omni calore ſcilicet ad interna reuocato; nominatur λειπυρία. Ex eodem genere ſunt reliquæ etiam ardentes febres, quæ malignæ vocantur.

Si ardor aſſiduus non ceſſet quidem ex toto, remittat tamen aliquantulũ, febris eſt ex eorum genere, quæ nominantur συνεχεῖς ἐ διάκαις: Tales ſunt febres tertianæ, quotidianæ, & quartanæ continuæ, in quibus febrile incendium nunquam quidem prorſus deſinit, remittit tamen aliquantulum & exacerbatur atque inualeſcit rurſus intermittentiũ more; in tertiana quouis tertio die, in quartana quarta, in quotidiana diebus ſingulis. Habet autem continens febris focum putredinis intra venas maiores à vena caua propagatas materiam ex humoribus, qui cum maſſa ſanguinis ex epate in reliquum corpus nutritionis cauſa diſtribuuntur. Intermittens febris focum putredinis habet intra propagines venæ portæ ad ſima epatis, meſenterium, ventriculum, lienem, Inteſtina. Materia ex prima coctione & iis humoribus, qui poſt completam in cauo epatis χύμωσιν à maſſa ſanguinea ſeparantur. Vocãtur autem intermittentes, quia deſinunt in ἀπυρεξίαν putredo poſt conſumptã febrili incendio materiam putridam ceſſante, eo vſq;, donec recrudeſcat, noua ad focũ materia collecta & putredine affecta. Huius generis ſunt

Focus putredinis continentium.

Intermittẽtium.

ſunt quotidiana, tertiana, quartana, ſingulæ ακριϐεῖς ſeu γνήσιοι, id eſt, legitimæ & exquiſitæ accenſæ ex ſui generis humoribus putreſcentib. extra propagines venæ cauæ ſeorſim atque impermixtim.

Febris compoſita quotuplex.

Compoſita febris duplex eſt: Nam aut inter ſe miſcentur febres ipſæ ratione humorum putridorum citra alicuius membri affectionem: aut incenduntur ex membrorum inflammatione pertinaci obſtructione putredinis. Sine membrorum affectione febres componuntur dupliciter: aut κατὰ ἐπιπλοκὴν πυρετὸν, cum ipſæ inter ſe febres diuerſæ vel vnius ſpeciei, vel diuerſarũ complicantur: vel κατὰ κρᾶσιν ἢ ἐπιμιξίαν χυμῶν, cum ipſæ inter ſe febres diuerſæ ex putredine incenduntur, non vnius humoris ſinceri, ſed plurium confuſorum inter ſeſe & ſimul putreſcentium, quæ febres proprie vocantur νόθοι πυρετοὶ.

Complicatæ.

Complicatæ febres diuerſis horis incipiunt & deſinunt. Complicantur autem febres vel vnius ſpeciei, vel diuerſarum, vel etiam generum diuerſorum, vt duæ pluresue tertianæ aut quartanæ, aut quotidianæ: Item quotidiana intermittens cum continente, ſicut eſt ἡμιτριταῖος compoſitus ex quotidiana continente & tertiana intermittente.

Hemitritæus.

Compoſita quotuplex.

Compoſita febris ratione locorum affectorum duorum eſt generum: vnum earum, quæ incenduntur à diuerſis partibus ſimul aut inflammatis aut putrefactis; ut ſi eodem tempore alicui inflammentur epar & lien, aut ſi concurrunt pleuritis & phrenitis, vel etiam plures in-

ternorum viſcerum inflammationes. Alterum eſt, quæ incenduntur ab ipſis inflammationibus non puris aut ſimplicibus, ſed compoſitis; vt ſi pleuritis ſit ἐρυσιπελατώδης φλεγμονή, vbi materia faciens inflammationem ex ſanguine & bile mixta eſt: Et ſic de reliquis. Proprie tamen hoc genus febriũ compoſitarum, quod ad inflammationes partiũ ſequitur nõ pertinet ad febres tanquam morbos, ſed ad febres ſymptomaticas.

Sed ex his febribus compoſitis rurſus aliæ ſunt περιοδιζόντες, quæ certis interuallis recrudeſcunt & ſtata tempora ſeruant ſui recurſus; aliæ ſunt prorſus vagæ, quæ vocantur πεπλανημένοι πυρετοί, vulgo erraticæ: Denique aliæ ex his febribus, quas commemorauimus, cum ſymptomatis vehementibus affligunt, quæ ſunt κακοήθεις, id eſt, malignæ ſimplices aliæ ſunt ſine ſymptomatis ſæuis, quæ mitiora ſunt & minus periculi afferunt ἐπιεικεῖς, καὶ συνήθεις.

Harum febrium ſingulæ habent, aut nullam cauſam communem aut προηγουμένην ſeu internam, nec προκαταρκτικήν, ſeu externam, ſed in ſingulis, quos inuadunt, peculiarem aut propriam aut habent communem cauſam ſaltem externam; quo fit, vt vno tempore plures diuerſarum ætatum & conſtitutionum corripiantur febribus vel vnius ſpeciei, vel diuerſarum. Illas proprias febres ſingulis, has graſſantes, vt vulgus, nominabimus: Illæ quocunque tempore inuadunt quoſuis ob conſtitutionem aut vitæ ocioſæ & voluptatibus, luxui, veneri, crapulis debitæ; Hæ non omni tempore inuadunt, nec hos tantum, quia corpora habent putredini obnoxia,

noxia, etsi magis hos, quam alios, sed plures alios ob causam externam inferentem vim corporibus, etsi fomitem externum citius concipiunt corpora plethorica & cacochymica, quam reliqua.

Quæ itaque communem causam habent ea distinguemus cum Hipp. in duo genera: Vnum cum Hippocratica appellatione nominabimus πάνδημον καὶ παγκοινὸν, id est, commune: alterum σποραδικὸν, id est, dispersum.

Sporades seu σποραδικοὶ πυρετοὶ, id est, dispersæ febres sunt, cum vno tempore plures laborant febribus, sed prorsus diuersis, pro corporum & humorum in ipsis redundantium conditione, alius tertiana, alius quartana, alius quotidiana, alius synocha, alius complicata, alius confusa propter ἀφορμὴν aliquam seu occasionem in aeris constitutione, quæ non est à peculiari aliqua aut occulta vi, sed à qualitatibus manifestis, quales sunt constitutiones austrinæ calidæ & humidæ, quæ efficiunt in corporibus putredinem. In his cum tantum ἄφορμα sit ab aere & non causa totalis, non gignitur vnum genus febrium, sed diuersa genera pro ratione corporum & materiæ, quæ à communi causa afficitur. Πανδημοὶ seu παγκοινὰ, id est, communes febres sunt, cum vno tempore grassatur vulgo vnum genus febrium, propter causam communem plures inficientem, etiam constitutiones corporum inter se diuersos irruentem vi & efficacia peculiari, qua fit, vt in diuersis corporibus & materia diuersa genus idem febrium excitet. Has partiemur tripliciter, primo, in

Sporadicæ.

Communes.

communes ſimplices: Secundo, in communes certis gentibus & regionibus, quas nominat Hipp. ἐνδημίους καὶ ἐπιχωρίους: Tertio, in communes promiſcuè aut plurib. aut quibusuis terris, aut gentibus, quæ ſunt Hipp. ἐπιδήμιοι ſeu ἐπίδημοι πυρετοί.

Communes ſimplices.

Communes ſimplices febres ἁπλοὶ πάνδημοι ſunt, quorum cauſa communis eſt, in cibo, potu vel victus ratione, aut etiam in aere, vel cœleſtibus, corporibus, ſed ſine contagio, malignitate & veneno, vt cum eodem tempore tertianæ, vel quartanæ, vel quotidianæ febres regnant, nihil differentes ab vſitatis febribus, niſi communi cauſa.

Communes certis gentibus & regionibus.

Alterum genus eſt febrium, quæ communes ſunt certis gentibus & regionibus propter cauſam in aere ſed eductam ex inferioribus, vt vel ex ſtagnis, paludibus, lacubus inquinatis, aut putridis; vel ex terra graui & putri, vt ex antris, baratris, ſpecubus; vel ex animantibus putredine affectis, hominibus maxime aut ſerpentibus, & excrementis horum vel venenatis plantis, ſi euulſæ putreſcunt. Harum quædam ſunt perpetuæ, vt reliquorum etiam morborum ἐπιχωρίων: Et in Germania quædam ſunt febres peculiares certis terris & regionibus, ſicut ſtrumæ Alpinis & Hiſpanis, Phtiſes Luſitanis. Quædam non ſunt perpetuæ, ſed certi temporis, quas tunc ſeſe commouentes ex inferioribus expirationes contagioſæ ſunt excitatæ vel à putridis halitibus, quos Galenus σηπεδονώδη σπέρματα & ἀναθυμιάσεις nominat; vel à peculiaribus halitibus citra putredinem, quales eſt aura peſtilens

in pu-

in puteis metallicis. Etsi autem hæ febres omnes contagiosæ sunt, tamen sunt sine singulari malignitate: & quædam ex his lethales sunt, quarũ causa tota substantia contraria est naturæ corporum: Aliæ non sunt lethales, quarum contagium à qualitatibus potius, quam à substantia, propterea non statim vitam petunt.

Communes Epidemiæ.

Tertium genus communium est febrium, quas ἐπιδημίους nominat Hippocrates. Causam habent in aere ortam in superioribus. Harum quæ ex temporum ac tempestatum mutationibus, quas efficiunt solis cæterorumque planetarum congressus cum stellis octaui orbis, earumque ortus & occasus, malignæ sunt ἐπιδήμιοι κακοήθεις. Quæ vero à peculiari certorum planetarum congressu inter se sub certis octaui orbis signis & aeris infectione, quam occultus & peculiaris influxus efficit accenduntur, hæ proprie vocantur ἐπιδήμιοι λοιμώδεις, id est, pestilentes & venenatæ; Sicut in his regionibus, quando Saturnus ad Taurũ vel Scorpiũ peruenit, plerunq; aer inficitur, vt grassentur febres pestilentiales. Item cum est in quadraturis vt in Leone & opposito signo aquarii & augetur, quando accedunt coniunctiones Lunæ & Mercurii. Sic Norinbergæ quando Saturnus est in geminis vel opposito.

Pestilentes.

Habent autem pestilentes febres omnes ἀναλογίαν vel ad humores, vel ad spiritus, vel ad substantiam cordis, inde fit, vt diuersæ sint febrium pestilentium species: Aliæ enim sunt Ephemeræ, qualis fuit sudor Anglicus: Aliæ putridæ; aliæ hecticæ quæ fere sunt συντηκτικοί, si-

Earum species.

mul colliquescente substantia solidarum partium propter veneni malignitatem.

Ergo ἐπιδήμιον κακοηθῆ tempestatum mutationes à cœlestibus causis allata pariunt ἐπιδήμιον λοιμώδην peculiaris influxus certarũ stellarum inprimens vim peculiarem aeri, quæ humoribus tota substantia est contraria. Et malignæ quidem nunquam sunt sine putredine in corporibus, pestilentes cum putredine & sine putredine. Hæ duæ species etsi contagiosæ & de vno in alium transeunt ac propagantur, tamen à contagiosis superioribus differunt, quarum origo propria est & frequentissime ex putredine inferiorum. *Quanquam enim contagia quædam sine putredine fiant ac transfundantur in alia, tamen febres contagiosæ ferè sine putredine non sunt, quæ contagionum semina gignit,* estque illa profunda, conclusa & sordida, non tantum dissoluens ac destruens mixtum, sed rursus noua mixtione & subactione exprimens halitus, qui contaginum sunt semina, nec cito aut facile dissipatur.

Halituum putridorum, quorum est mixtio peculiaris & vis singularis orta ex peculiari profunda conclusa ac sordida putredine: horum ergo semina corripiunt & inficiunt corpora aut adhæsu, cum ex augustioribus in patentiora subito diffunduntur; aut attractione aeris infecti vel ipsorum cum aere habituum per pulmones & arterias.

Contagiosæ symptomaticæ.

Hæ tres febrium differentiæ & contagiosæ, malignæ, pestilentes symptomaticæ sunt, aut non Symptomaticas voco, quæ vel in exanthemata lenticulis similia, vnde etiam lenticulares febres

febres vocantur; aut in vſitatum genus exanthematum, cuius vnum genus vulgo variolas, alterum morbillos nominant; aut in bubones peſtilentes, aut in anthraces, ſeu carbunculos peſtilentes, vel alia ſymptomata maligna ſimilia. Et hæ ſymptomaticæ, ſi bubones & anthraces præcedunt, febres ſequuntur, tanquam ſymptomata, tutiores ſunt; ſi contrà febres præcedant, ſequantur bubones vel anthraces, plus periculi eſt: illæ enim firmam robuſtamque corporis & cordis naturam indicant, quæ venenum à ſe repulit & excuſſit ad extrema, priusquam imprimeretur vel in humores vel in ſpiritus, vel in ſubſtantiã cordis: & quo plures erumpũt bubones ſeu anthraces, quoq; à corde longius, tanto minus adeſt periculi; hæ imbecillam arguunt corporis & cordis naturam & venenum cor iam corripuiſſe atque inflammaſſe, oſtendunt.

Sed omnes febres aut morbi ſunt ſolius temperamenti partium ſimilarium, id eſt, cordis aut totius ſubſtantiæ cordis, ſcilicet tantisper ſunt morbi donec lædunt actionem, ſed cum læſio iam confirmata eſt, non eſt morbi ſed mors. Morbi totius temperamenti ſunt Ephemeræ, putridæ, hecticæ communes. Etſi autem in putridis humoris, qui putreſcit, ſubſtantia corrumpitur, tamen febris non eſt morbus humorum aut ſpirituum, ſed cordis ipſius, quod in febribus putridis communibus à calore putrido tantum incaleſcit, ita, vt non mutetur ſubſtantia, ſed temperies, aucto in gradibus calore natiuo. Totius ſubſtantiæ morbi ſunt, qua accenduntur à cauſa, quæ non qualitate, ſed tota ſub-

Febres cuiuis partis ſunt morbi.

ſtantia, in qua continetur, contraria eſt ſubſtantiæ cordis & quidem principaliter virtuti & calori vitali, qui calor vitalis eſt præcipua pars ſubſtantiæ cordis. Tales ſunt febres contagioſæ, malignæ & peſtilentes, quæ excitantur à cauſis, quarum ſingulis ineſt occulta quædam malignitas ſiue ex putredine contracta, ſiue à cauſis cæleſtibus impreſſa, quæ cordi eſt inimica & infeſta, propterea tales febres non vt reliquæ communes iis curantur, quæ manifeſtis qualitatibus febribus aduerſantur, vt frigidis alerantibus aperientibus, purgantibus certos humores, diaphoreticis ſeu prouocantibus ſudorem, ſed quæ tota ſubſtantia aduerſantur cauſis illis contagioſis, malignis, peſtilentibus, è quorum numero ſunt, qua nec aperiunt, nec euacuant, nec refrigerant, ſed aſtringunt, conſtipant, calefaciunt, ſicut ſunt alexiteria plurima, theriaca, mitridatium, bolus armenus, terra lemnia, dictamus, ſcordiũ &c. Hactenus cauſa periodorum & ipſarum febrium differentiæ.

Alexiteria.

Vt autem intelligatur putredinis ratio, primum conſideretur conſtitutio noſtrorum corporum. Conſtant corpora noſtra tribus rebus, Membris Humoribus & Spiritib. Singula mixta ſunt, conflata ſcilicet in vnam maſſam ex coalitu quatuor elementorum, quæ ita præcedentibus mutationibus tractata ſunt, vt in vna materia tanquam communi ſubiecto qualitates contrariæ redactam ad temperiem mixto conuenientem inter ſe coierint, ſeque mutuo complexæ formas etiam coniunxerint. Inſunt itaque Elementa tota corporibus noſtris (materia, forma &

ma & qualitate) non ἐνεργίᾳ sed δυνάμει (redacta scilicet ad mediocritatem cuilibet mixto inuenientem.) Materia scilicet, &, vt nonnullis placet, à quibus non dissentio, forma ac qualitatibus repressis domitisque & quodam quasi nexu inter sese deuinctis. Hic coalitus constituit essentiam corporum & partium, quæ durat hoc nexu & coalitu durante, interit eodem dissoluto ac destructo. Corrumpitur autem dupliciter; vel simplici corruptione, vel putredine. Est enim omnis putredo corruptio, sed non contrà omnis corruptio est putredo. Res enim quæcunque intereunt, corrumpuntur, aliàs sensim, dissoluta mixtione à putredine, alias tota substantia consumpta vel destructa citra putredinem aut præcipuam substantiæ partem. Corruptio itaque simplex est *spiritus calorisq́ natiui vel dißipatio subita, vel extinctio.* Dissipatur calor natiuus à calidis, extinguitur frigidis & suffocantibus: est enim calor natiuus præcipua pars substantiæ, quo extincto res interit, non præcedente putrefactione. Putredo est *substantiæ ex elementis conflatæ dissoluto ita, vt in mixtū redeat ad elementa.* Nexum seu coalitum in mixto efficit, præstat & conseruat ἀναλογία natiui caloris ad humidum sicco mixtum. Item calor humidum cum sicco subiens ac miscens terminat eum, ne diffluat: Extincto natiuo calore tanquam vinculo, protinus sequitur humidi & sicci separatio, humido dilabente ac diffluente, sicco consistente seorsim, donec omni humido exhausto siccum redigatur in cineres. Aristoteles definiens putredinem, inquit esse corruptionem natiui caloris

Corruptio simplex, quid.

Quid putredo.

in humido proprio, factam à calore externo. Galenus mutationẽ inquit esse caloris natiui in alienum & igneum factam vi caloris alicubi. Vterque si res perpendatur exacte, idem dicit. Calor enim natiuus vehitur & alitur humido natiuo & tantisper, donec manet ἀναλογία inter calorem natiuum, putredo nulla accidit: sed dissoluta illa ἀναλογία, id est, si calor natiuus ignescat, sequitur putrefactio. Materia ergo putredinis est *humidum destitutum regimini natiui caloris*. Formalis ratio est corruptio natiui caloris, id est, mutatio in igneum. Causa efficiens est calor alienus inflammans natiuũ. Causa sine qua non est obstructio prohibens euentationem & perspirationem: Calor enim agens in humidum semper aliquas eius partes resoluit in halitus, qui expirant & dissipantur. Expiratione interclusa si halitus illi coaceruentur, incenduntur & ignescunt, atque in mixto alienum colorem accendunt, qui tantisper, donec intra metas alterationum manet, tantum auctus gradibus, temperamentum mutat, non corrumpit substantiam sed egressus metas alterationis si substantiam natiui caloris corrumpat, & conuertat eum in igneum, fit causa putredini, protinus enim sequitur dissolutio substantiæ mixti, de qua dixi.

Putredinis materia.
Causa formalis.
Efficiens.
Sine qua nõ.

Tradit Galenus ante curationem notas febrium intermittentium, quib. & inter sese & à continentibus sint discernendæ. Orditur autem à rigore, quo cum si inuadant febres, pronunciantur esse ex earum numero, quæ per circuitus & interualla recrudescunt & exasperãtur, & quotiescunque recurrunt paroxysmi, toties cum frigore,

Febrium intermittentium signa.

gore,

gore, horrore aut rigore irruunt. Etsi autem intermittens omnis cum rigore inuadit, interdum tamen & aliæ, vt hemitritæi & continentes etiã febres similes insultus faciunt, quos Galenus docebit aliis notis distinguere. Primum ergo causas exponemus frigoris, horroris, & rigoris, quæ sunt aut προκαταρκτικαὶ, calidæ vel frigidæ, (sed huc propriè non pertinent) aut internæ antecedentes, vt succi vel halitus calidi & acres, vel frigidi, vel mixti: aut continentes, vt motus humorum, vel halituum per partes sensibiles: vel adiuuantes, vt partium, quæ feriuntur, robur vel imbecillitas, acer vel obtusus sensus, substantia obnoxia affectionibus, vel non. Concurrunt autem hæ causæ in omnibus, sed differunt aut magnitudine, vt copia materiæ, aut motionis atque illisionis impetu, aut acrimonia, aut vehementia.

In frigore extrema tantum perfrigerantur sine concussione recurrente scilicet calore vitali vna cum sanguine ad cor, tanquam ad fontem.

In horrore totum corpus leui vibratu concutitur.

In rigore ad eum modum commouetur ac ceu percellitur, vt sustineri cohiberiq; nequeat.

Inuadentibus itaque intermittentium paroxysmis cum totius corporis aut algeant tantum, aut cohorrescant aut concutiantur atque contremiscant, quæ causa est horũ motuum? (Dicũt aliqui causam esse, quia materia putrida expellatur è venis ad musculos: ꝙ non est, quia nõ est in propaginibus venæ caua materia.) Et qui fit, vt totum corpus concutiatur, cũ fontem focumque

que putredinis constituerimus imum ventrem ad mesenterium, iecur, lienem, ventriculum & intestina, præcipue ex his argumentis, ex tussi sicca, ex oscitationibus, ex sensu suffocationis, ex anxietate, deliquiis animi, distẽsione præcordiorum ac dolore, nausea, vomitu, vrinis tenuibus & albis, paroxysmorum tempore & similibus aliis.

Cur in inuasione paroxysmorum intermittentiũ quidã tantum algeãt, quidam cohorrescãt, & quidam simul concutiantur.

Deniq; qui fit, ut intermittentes sæpe sudoribus, sæpe abundanti profusione vrinæ, interdum eruptione bubonum, aut parotidum, aut pedum tumoribus, rarius alui profluuiis terminentur?

Primum certum est experientia, horroribus rigoribusque corpus vibrari solo ventriculo vel partibus vicinis circa præcordia affectis ab aliqua causa externa: nam & frigidæ potu auidiore, præsertim æstiuo vbi corpus incaluit, mox vbi aqua in ventriculum infusa est, & periusquã disttribui potest, & cum vomitur bilis, aut ventriculus vitiosis cibis impletur, vt fungis, aut post assumptum medicamentum calidum & mordax rigores cieri constat, & risu, cuius organũ præcipuum statuitur diaphragma totũ corpus quati cernimus. Hæc testantur, magnum esse consensum præcordiorum & partium his subiectarum symptomatibus corporis externis & internis; cuius ratio est, quod exquisitus admodum atq; acris sensus est harum partium ex neruis sexti paris cerebri: quo fit, vt mox harum affectio cerebro communicetur & inde cæteris etiam partibus externis, quam vim sensitricem ac motricem à cerebro per alios neruos suscipiunt

ſunt. Quin & hoc experientia docet, vētriculo nimis onerato cibo protinus pigreſcere vniuerſum corpus ac torpeſcere, muſculis ceu fatiſcentibus ac reſolutis: Ergo ut cum ventriculus ſuo pondere diafragma reuellit ac detrahit, corpus pigreſcit, ita concuti idem neceſſe eſt cum διάφραγμα feritur ac percellitur impetu alicuius cauſæ internæ. Conſtat & hoc vino meraciore liberalius hauſto, priuſq; id ex ventriculo excidat, vlcra veſicæ, vulnera crurum & dolores artheticos exaſperari & permadeſcere, aut etiam ſudoribus diffluere corpus, ſi iuſcula calidiora auidius & copioſius ſorbeantur mox è veſtigio. Hæc cum ita ſe habeant vtrorumque, id eſt, rigorum & ſudorum cauſæ in febribus facile demonſtrari liquido poſſunt. Humor enim putris dum ad præcordia quieſcit, vel à materia commouetur, ſed ſuo ſeſe impetu incitat, nullo admodū inordinato turbatoue motu corpus percellit, ſed cum exæſtuat, copiam acrium at putridorum halituū effundit. Et ipſe ſeſe natura impellente copia vrgente diffundit, ſi in membranas muſculoſq; erumpat, cum impetu eas partes feriendo totum corpus varie agitat atq; concutit. Si enim paucus ſit, vt in tertianis mitioribus: aut ſi ſit expers putredinis, vt in pituitoſis puris, aut quartanis incipientibus, ſique motu lentiore feratur, ſolius frigoris ſenſum in extremis inferet, calore ac ſpiritibus intro in opem & ſubſidium cordis ab externis reuocatis. Si copioſor ſit & cum acredine aliqua & ſi moueatur concitatius, vt in tertianis paulo vehementioribus & in quartanis ingraueſcentibus & in pi-

Vnde frigus.

Horror.

tuitosis ex putredine pituitæ salsæ, corpus tunc cohorrescit. At si materia sit plurima & vehementer acris & si propter motum ac tenuitatem motu concitatissimo ad præcordia excutiatur, rigorem ciet. Ex eadem putredinis foco vapor putris & alieno calore feruens siue per occultos poros, quibus totum corpus vndiquaq; est peruium; siue per venas etiam & arterias, quibus partes subter præcordia per sese & per intermedium epar cordi connectuntur. Si ergo talis vapor cor attigerit, & calorem cordis accenderit prorsus, vt ex inguinum abscessibus seu bubonibus calor putridus cum fumo seu vapor ex loco inflammato partium continuatione ad cor propagatur, tunc sese ex corde calor omnis in vniuersum corpus effundit & corpus eo expletũ exæstuat: Sed priusquã cor flammatur, tuetur sese aliquandiu ope reuocatorum spirituum & qui ad cor penetrant vaporis putridi, similiter etiam inde per arterias totum corpus permeant & ad cerebrum, musculos atque articulos excurrunt: Inde ergo rigores horroresque cum frigoris sensu, qui antecedunt æstum febrilẽ ex concussis & præcordiis & grauedines capitis atque dolores etiam ex repletione & lassitudines articulorum & adgrauationes ab halituum copia & pulsuum contractiones atque oscitationes in principiis inuasionum, corde sese comprimente ad occursum putridorum halituum, donec incalescat cor à putridis halitibus superatum atque expugnatum vtroque calore, innaturali reuocato & putrido, qui naturalẽ incendit in eodem subiecto: vtriusque enim idem est

Rigor.

sub-

ſubiectum: hic calor vbi ex corde prorumpit in reliquum corpus; tantisper ardet, donec materia ſuppetit, & in corde ipſo, & in reliquo corpore ex putridis humoribus & halitibus; deſinit autem materia à calore diſſoluta extenuata ac diſſipata: propterea æſtus febrilis in intermittentibus aut cum ſudore madoreue manifeſto terminatur materiæ reliquiis à natura ad cutem expulſis ibidemque coactis ac denſatis ceu in guttulas roridas, ſi ſcilic. epar ſit calidum & humidum, & ipſe humor vaporve putridus etiam ſit talis, nec ſit deuſtus valde incendii feruore: Aut conſumitur expiratu inſenſibili. Si acrior fuerit vapor humorve ac ceu nimium deuſtus, ſique & in ipſo epate calor fuerit intenſus, regulariter ſi aut epar intenſe caleat abſque humiditate, aut ſit frigidum nimis, aut ſiccum, aut durum, vt in hydrope, cachexia, ictero, ardentibus febribus ſudores diſtinentur atque inhibentur; qui copioſius fluere leui occaſione irritante ſolent, ſi & epar ipſum & humores vaporesque inde emiſſi humido calore abundent. Atque ita quidẽ ſimplices & pure intermittẽtes inuadũt, in quibus etiam toto morbi tempore vrinæ non inſigniter mutantur à naturalibus, ſed tales rariores ſunt, præſertim in his noſtris terris & regionibus, propterea vt plurimum ceſſantibus ac remittentibus horroribus, aut rigoribus, pars materiæ craſſior motu excuſſa ad ventriculum vomitus commouet, in aliis febrib. alios & quidem in tertianis ex epate bilioſam vomitionem cieri manifeſte deprehenditur ex dolore & tenſione hypochondrii dextri; & præcedunt vomi-

Vnde ſudor in fine paroxyſmorum.

Vnde vomitus in febribus.

tum nauſeæ atque oſcitationis propter halitus ac fumos putridos, qui ad oſculum ventriculi ex foco putredinis deferuntur & inde ad muſculos faucium prorumpunt. Altera pars materiæ tenuior per epar & propagines venæ cauæ in ipſum venæ cauæ truncum & inde ad ambitum totius corporis expellitur, quæ quia in venis eſt, tingit vrinas; vnde paroxyſmo deſinente vrinæ fiunt rubicundæ. Quo autem maior pars materiæ in venas minor ad ventriculum & inteſtina expellitur, eo & paroxyſmi difficiliores ac diuturniores ac tempus quietis grauis eſt & moleſtius. Hæ ergo ſunt & rigorum & ſudorum ac reliquorum in febribus intermittentibus ſymptomatum cauſæ.

Cur vrinæ in paroxyſmorum fine ſint magis tinctæ.

DE SIGNIS FEBRIS TERTIANAE *Intermittentis puræ.*

Tertianæ exquiſitæ obnoxii qui.

TErtiana exquiſita eos maxime prehendit, qui natura ſunt calidi & ſicci, habitu gracili, ætate florida, qui laboribus, vigiliis, mœroribus, curis, ardoribus, victu parco eoque calido & ſicco aſſuefacti ſunt, quibus iecur calidius eſt, æſtate maxime, regionibus calidis & ſiccis, & conſtitutione cœli ſqualida, ſi quid iſtorum deeſt perfectè exquiſita non eſt. Repente autem inuadit cum frigore vehementi & ſub acceſſionum finem bilis aut euomitione redditur, aut per ſudorem reſoluitur, aut per aluum inferiorum excutitur, aut omnibus his modis euacuatur. Calor cito incenditur & in omne corpus penetrat propter humoris tenuitatem, ariditatem & calorem, eſtque acer & pungens ita, vt inie-ctam

ctam manum feriat ac mordicet, sed statim mitescit.

Symptomata sequuntur, corporis exustio cũ inquietudine & iactatione, spirandi difficultas, anhelitus multus, creber & magnus propter euentationis & refrigerationis necessitatem; sitis intolerabilis, vigiliæ, dolor capitis, propensio ad iracundiam pene furiosam. Longissima accessio horarum est duodecim, interdum septem, aut quatuor etiam. Accessionis tempus nõ multo minus, quam quietis: Desinit cum multo sudore ferè vaporoso & calido, pulsus sub aggressionis initium est contractus & paucus, postea magnus, celer & creber, quod magna refrigerationis necessitas vrgeat; vehemens propter caloris magnitudinem, durus propter ariditatem arteriæ, inæqualis scilicet febrili inæqualitate ob tenuitatem materiæ & eo etiam, quod non minus necessaria sit refrigeratio per διάστολην, quam expulsio acrium & fuliginosorum halituum per σύστολην: Vrina aut flaua, aut flammea est, mediocris substantiæ grauis adore.

Symptomata.

Accessionum mora.

Hæc tertiana pura secundum Hipp. *4.aph.59.* septenis circuitibus ferè absoluitur τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν τὸ μακρότατον. Galenus affirmat, septimam accessionem sæpe incidere in diem decimumtertium & ipso morbi solutionem fieri non expectato die decimoquarto: vnde concludit: tum in quartanis, tum in tertianis sæpe fieri crises secundum circuitũ numerum, non dierum, id est, septimo paroxysmo extra diem aut septimum, aut decimum quartum, aut vicesimum, & eodem modo per-

acutos morbos, quinto, quarto, tertioue die indicari ante ſeptimum, Et nonnunquam tertianas ſimiliter paroxyſmo quarto, tertio aut quinto, non expectato ſeptimo.

Tertiana notha. Nothæ tertianæ faciũt ſpecies plures; quasdam famæ maioris, ſicut loquũtur Bauari, ex bile permixta phlegmate craſſo aut ex bile flaua, vel vitellina: Quaſdã famæ minoris, ex bile ſucco melancholico delecta. Sed communiſſimæ ſunt ex putreſcẽte bile vitellina aut bile permixta cum pituita in cauo Epatis, folliculo fellis, meſenterio vel etiam ventriculo. Hæc inquam, febris & bilis & pituitæ cauſas habet procatarcticas. Acceſſiones nullo ſtato ordine recurrunt, præſertim ſi vincat & exuperet humor pituitoſus: nam quanto maior bilis copia fuerit, tanto paroxyſmi ad intermittentium exquiſitarum paroxyſmos propius accedunt & conferunt.

Accidentia omnia ſunt mitiora, rigor, æſtus, calor, ſudor, ſed diuturniora. Acceſſio vltra horas duodecim porrigitur, & quo impurior fuerit, tanto erit longior; Rarò quatuordecim paroxyſmis finitur, ſæpe durat diutius & longo tempore.

DE QVARTANA INTERmittente pura.

QVartana intermittẽs pura ex humoris melancholici putredine cenſetur accendi. Hic enim copia maiore collectus atq; coarceruatus, quàm vt caloris natiui beneficio regi poſſit, in venis vel lienis corpus intexentibus, vel per meſenterium lienem adeuntibus priuſq; inſeruntur.

tur. Est autem melancholicus humor alius naturalis, qui sanguinis in simo Epatis ex chylo geniti quasi fex est & limus: alius præternaturalis & adustus, qui humoris vniuscuiusque torrefacti ac velut superassati ceu cinis est & alias ex bile flaua, alias ex melancholico humore naturali, nonnunquam ex sanguine, rarius ex pituita adusta gignitur vocaturq; proprie bilis atra. Hinc quartanarum intermittentium alia ex se ipsa incenditur ex cumulato propter causas προκαταρκτικὰς succo melancholico in liene & mesenterio, neque ex præcedentibus febribus nascitur sed fere succedit tumori aut inflammationi lienis, quam parit copia succi melancholici in ea regione corporis cumulati ex præcedenti tali ratione victus, & quia lien propter imbecillitatem non recte expurgauit illud excrementum. Accidit autem hoc frequenter in his regionibus, quæ multum vtuntur carnibus & piscibus, sua natura melancholicis, vt bubulis & porcinis & rarius recentibus, crebrius autem fumo aut sole duratis, aut salitis: item leguminibus melancholicis. Aliæ quartanæ succedunt ex præcedentibus febribus continuis, vel intermittentibus erraticis, vel regularibus teste Hipp. qui inquit: *Intermittens febris eademq; erratica in quartanam mutabitur, præsertim si propinquus sit autumnus.* Humor enim, qui priorem febrem accendit & alit, si non integre expurgetur, perustus crassescit & in alium humorem coit, quod reliquis etiam humoribus massæ sanguineæ calore febrili deustis accidit.

Humor melancholicus quotuplex.

Febrium quartanarum differentia.

Sunt ergo his febribus obnoxii, qui vel multum

Quartanis obnoxii qui.

tum humorum melancholicorum congerunt, quales ſunt natura lienoſi vel febres continuas aut erraticas perpeſſi ſunt; item, qui natura frigidi ſunt & ſicci corpore gracili & glabro & albo propter frigiditatem ætate conſtante vel inclinante, curis & mæroribus diuturnis confecti, vſi victu melancholico tenero & craſſo, autumno præſertim vel ætate ſub finem & in regione ac cœli ſtatu inæquali.

Quartanarum ſimplicium ſigna. Rigor quartanæ quomodo differat à rigore tertianæ.

Paroxyſmi initium in quartana febre eſt à frigore valido, qui paulatim magis magiſque augetur, & quidem eo vſque, donec rigorem vehementem ſimul inuehat. Sed differt rigor quartanæ à rigore tertianæ, quod tertianæ rigor pungit ac ferit; quartanæ contundit corpus vniuerſum ac velut confringit, vt dentes ſtrideant, articuli & oſſa vibrata diffractaque ac velut pondere obruta fatiſcunt, Rigore ceſſante vomitus oboritur amarus quandoque, ſcilicet cibi in quibus eſt putredo, ad ventriculum etiam pertinent, hinc deinceps calor ſuccedit, qui vbi exarſit, nec tam vrens eſt ac vehemens, vt in tertiana, nec tam mitis atque remiſſus, vt in quotidianis, præſertim in primis paroxyſmis, antequam materia calore febrili deuſta extenuatur & acredinem adipiſcitur, neque æquabilis eſt in toto corpore, ſed cum quadam frigoris permixtione & perpetuo artuum atque oſſium dolore, quo illi ita exercentur ac defatigantur, vt etiã longo tempore poſt relinquatur ſenſus contuſionis ac defatigationis in articulis; ſeu membrorum inſigni languore, ſitis, vigiliæ, dolor capitis & reliqua ſymptomata

initio

initio leuia paulatim ingrauescunt, mitiora tamen sunt, quam in tertiana; sæuiora, quam in quotidiana eo, quod initio materia morbi crassa densaque minus adhuc exhalat, minusque ferit, nondum idonea ad motum, sed quo magis attenuatur calore febrili ac funditur & ex adustione acredi nis plus acquirit, eo illisa grauius vibrat & plus implet capert, doloresque ciet acriores, non tantũ copia sed etiam acredine. Paroxysmi longiores sunt, quam in reliquis intermittentibus, ideo, qui humor sua crassitie diutius febrile incendium alit & tandem sudore finiuntur largiore. Pulsus initio aggressionis languidior multo est, quam naturalis, minor, tardior, & rarior, postea fit validus, magnus, frequens, celer & quam in reliquis inæqualior. Vrina in primis diebus aut à naturali non multum variat, aut tenuis, alba & aquosa est, postea vero & substantia & calore & contentis sæpe mutatur, quod plerunque materia eius sit varia & interdum maior & interdum minor pars eius in propagines venæ causæ penetret: Soluiturq; quandoque mensibus tribus, quandoque sex, interdum 9, & fere circa æquinoctiorum aut solstitiorum tempora mutata ad conuersionem solis cœli constitutione: Ad annum vero vel vltra annum vix, nisi ex errore aliquo prorogatur. Vix enim exquisita censeri potest, quæ in biennium extenditur & multo minus, quæ in plures durat annos, vt ad quartum, sextum, nonum annum. Hæ notæ sunt quartanæ simplicis, à quibus quo signa alterius cuiuscunque plus discrepabunt, tanto illa minus

Pulsus.

Vrina.

Terminus.

plura erunt: Quo enim propius retulerit tertianam febrem forma rigoris vehementia sitis magnitudine & acredine caloris, doloribus capitis, vomitionibus & similibus aliis, tanto vero ipsa melancholica erit adustior vel plus erit biliosi humoris succo melancholico admixtum: Rursus quanto segnior languidiorq; & obtusior erit calor, rigor minor, & cætera symptomata mitiora, tanto plus aderit pituitæ, vel ad naturam pituitæ succus melancholicus propius accedet: Interdum tamen, sed rarius quartana cũ blando inuadit frigore, deinde calore miti vix per horas sex infestat, cum exiguus est succus melancholicus, nec à sua natura procul recessit.

Reperiuntur febres, quarum Hippocrates meminit, quæ interualla paroxysmorum longiora habent, vt sunt quintanæ aut sextanæ febres: hæ ad melancholicas referri possunt, putrescente scilicet succo melancholico crasso atq; tenaci, qualis ex pituitæ adustione.

Quotidiana. Quotidiana febris quod simili typo quotidie recurrat, dicitur à Græcis ἀμφημερινὸς, rarior est cæteris ex eodem genere intermittentium, quod ob nimiam frigiditatem & loca potentiora, in quibus colligitur; vel etiam aut propter nimiam crassitiem rarius ea putredine afficitur, quæ est febrium propria: Citius si crassa sit vel in vermes putredine vertitur, vel in lapidum duritiem coit. Diligenter autem discerni debet à tertiana duplici, quæ etiam singulis diebus inuadit. Incenditur putredine pituitæ in ventriculo vel intestinis vel mesenterio vel circa

Quinam huic febri sint magis obnoxii.

cauum

cauũ viſcerum congeſtæ atque concluſæ. Accidit his in quibus natura vel conſuetudine, vel propter cauſas externas multa pituita gigni ſolet, vt ætate humidioribus & frigidioribus præpinguibus, in quibus calor ab humoris copia hebetatus languet vt in mulieribus, eunuchis, ſenibus, pueris vix infantiã egreſſis; denique & iis ſimul, qui in ocio vel longiori & indulgentiore ſomno vel crebris balneis præſertim à cruditate & crapula, vel humidiore & frigidiore victu vel aſſiduis crapulis aut edacitate, vt pueri voraces & ebrietate crudæ pituitæ copia congeſſerunt, item frigidis & humidis regionibus & hyeme cæloque pluuioſo aut propter cauſam aliquam communem & ἐπιδήμιον, ſicut & quartanas & tertianas à ſimilibus cauſis excitari conſtat. Quare diligenter Medico obſeruandum eſt, qui morbi communiter ac publice plurimos corripiant, & à quibus oriantur cauſis.

Eſt autem talibus facies ſubliuida & ſubtumida, os ventriculi languidum ac debile, appetitus proſtratus, præceſſerunt ructus acidi longo tempore ἐπιφίαι frequentes, & cæliacæ affectiones excrementis ſubſtantia, colore non multum diſcrepantibus ab iis, quæ ſunt aſſumpta. Paroxyſmus non repente, ſed paulatim inuadit, in quo ſub acceſſionis initium extrema tantum refrigerantur, raro autem vel horrent, vel rigent, corpus eſt laſſum & ſegne, in quodam grauedinis ſenſu, vrget paroxyſmi tempore profundus ſopor, quandoque & deliquia animi accidunt, aut ſynco-

Quotidianæ ſigna.

pe, osculo scil. ventriculi putridi phlegmatis fœtidis halitibus inquinato & obruto. Frigore cessante vomitus sequuntur pituitosi, calor febrilis paulatim augescit & cum magna inæqualitate, ita, vt alias caleant, alias frigeant extrema, calor diffusus deinde non acer est initio, nec vrens, sed hebes & est fumidus & halituosus vtpote multo humore oppressus, perinde vt halitus è lignis viridibus resoluti; Postea aliquatulum fit mordax & acris, vbi ad statum calor peruenit, nullus tamen vehemens sentitur æstus, nec sitis magna, nec spirandi difficultas: Sub declinationem prioribus paroxysmis nullis sequentibus paucus sudor effunditur, qui pro vaporis specie pinguis est & viscidus; Deiiciuntur etiam pituitosa & ante febrem & in ipsis accessionibus, eaque cruda tenuia liquida, aquosa pulsus initio paruus, languidus, submissus, rarus ob calorem natiuum ab humore crasso viscidoque vehementer strangulatum; Postea creber euadit sub statum, sed minus quam aut in quartana, aut tertiana: Estque in æqualitas in hac febre omni tempore paroxysmi maior, quam in cæteris intermittentibus. Vrina in primis diebus tenuis & alba cernitur ob crudæ materiæ copiã, quæ vehementer obstruit & calorem natiuum premit atque conculcat. Postea vbi edomitæ materiæ pars aliqua ad vrinam expellitur, ruffescit & crassa redditur ac turbida.

DE CONTINVIS, SEV CONTINENtibus Febribus.

CAPVT IV.

Continentium febrium materia vt ſupra diximus, continetur in propaginibus venæ cauæ & quidem maioribus, iisq; aut omnibus, aut pluribus, aut rarioribus. Omnis enim quæ ipſas venas inuadit putredo, humores occupat, aut in venis amplioribus, à qua accenditur febris continens ex foco putredinis, vel ipſa putredine continuitate quadam infectionis, vel halitu vaporeve putrido ad cor fluente, quæ febris idcirco morbus eſt vel huic obnoxia materia fuerit euacuata vel febrili incẽdio depaſta atque abſumpta Aut in venis minoribus aut extremis cum vel ſine inflammatione, humore in inguinibus, ſub axillis vel aliis locis à corde remotioribus coarctato, cum nec putredo, nec vapor putridus ad cor fertur, ſed quadam alterationis continuitate ſolus calor febrilis ad cor propagatur, qui & incendit calorem cordis & incendium alit eo vſque, quo vſque putredo in parte durat. Hoc modo ſola alteratione incenſa febris vel Ephemera eſt, quales ſunt Ephemeræ à bubonibus incenſæ; vel ſymptoma conſequens ad inflammationem præcedentem, non eſt morbus per ſe, etſi calor continuus eſt.

Differunt hæ inter ſe continuæ febres ratione putredinis, quæ pro loco & materia variat; Cumque ſit intra venas non facile reprimitur, eo, quod & obſtructio ibi maior eſt humoribus anguſtiæ viarum & compreſſu circumſitarum *Continuarum differentia.*

partium

partium arctius conclusis: Et infectio à putredine primarum partium citò serpit, contagio ad proximas quasque corripit, præsertim si sint infectione aliquo suo vitio idoneæ: & quia fere putredo humores intra venas non occupat, nisi calor natiuus multum laboret, vel copia, vel malitia humorum hebetatus. Diu itaque durant aut cito pereunt febres continuæ ratione vicinitatis cum corde. Alias itaque putredo occupat humorem vel in omnibus aut pluribus venis maioribus; quo nomine illas complector, quæ trunco venæ cauæ ac distributionibus sunt propiores, ad discrimen illarum, quæ ad extrema membra nutritionis causa inseruntur. Alias humores tantum occupat in vna quapiam vena, è qua putredo cum incendio ipso in proximos tractuque continuo cohærentes humores extenditur. Cum autem in venis non sit purus, syncerusq; sanguis, sed ex omnibus quatuor humoribus confusus & copioso sero perfusus, quod ex secretis coloribus singulorum humorum colligitur, putredo non semper totam massam comprehendit, aut omnes partes simul in omnibus venis, sed eas primum adoritur atque obsidet, quæ & insito vitio quodam & quæ caloris natiui regimine destituuntur, admittendæ aut suscipiendæ putredini maxime sunt aptæ: ab his ad proximas & sic deinceps ad reliquas transit, semper parcendo illis, quas natiuus calor tanquam optimas & purissimas tuetur & defendit ab infectione putrida. Idcirco vbi materia putrida, quæ fuit relicta à calore natiuo absumpta est, & incendium febrile desinit, non omnes

omnes humores exhausti sunt, sed boni puriq; supersunt, qui nec infectionem putredinis contraxerunt, nec eo vsq; incaluerunt, vt in igneam naturā degenerarunt, sed tantū plusculū caluerunt febrilis incendii communicatione. Alias a. redundant in venis omnes humores proportione æquabiliter, quā redundantiā πληθώραν nominant, quæ sæpe, ꝙ obstructiones efficit periculosas in corporibus bene cōstitutis succulentis ac calidis, fit causa magnarum putredinum. Alias certi humores vitiosi redundant, interdū plures, nonnunquam pauciores & copia etiā inæquali, quam redundantiam nominant κακοχυμίαν. Si itaq; omniū humorū æquabili proportione redundantium in massa sanguinea partes aliquæ ex putredine ferueant, febres accenduntur, quæ vocantur συνεχεῖς διακαεῖς, id est, cōtinentes perseuerantes, inde ꝙ à principio vsq; ad finem perdurant, nullo stato vel exacerbationis ordine; E quarū genere sunt σύνοχος μεταστήψεως & καῦσος; istic sanguinis, hic biliosis partib. plusculum, quam reliquis redundantibus. Itē continuæ tertianæ, quotidianæ & quartanæ: Cum redundans in sanguine bilis, pituita vel melancholia in venis cordi propioribus continetur & putrescit; sicut in cacochymia vnus aliquis humor vitiosus præ cæteris exuberet, præsertim in venis à corde remotioribus, hic à natiuo calore derelictus & ab eo externo igneo occupatus si putrescat, sui generis febrem continuam accendit, vt bilis flaua tertianam continuam, pituita quotidianam, melancholia quartanam ad ad eum modum, vt febris nunquam quidem intermit-

intermittat, ſed remittat tamen & exacerbetur alias quotidie, vt pituitoſa, alias diebus alternis, vt bilioſa, alias die quouis quarto, vt Melancholica. Sed quod putredo non vniuerſum talem & humorem in vna vel pluribus vel omnibus venis obſidet, verum illas partes, quæ propius ad putredinis conditionem accedunt, deinceps ſuccedit ordine in reliquas, nec ſerpere deſinit, priuſquam quod putredini fuit obnoxium, perreptarit atq; abſumpſerit, & fere in his continuis, quæ typis intermittentium affligunt, vnus eſt aliquis focus putredinis certus intra venas vel plures etiam, ad quos humores vitioſi, vbi natura eos à reliqua maſſa ſecreuit, depelluntur. Idcirco non eadem vi flammæ & ardoris continuæ infeſtant, ſed ad intermittentium morem per circuitus & interualla exacerbantur & circuituum quidem tunc eædem ſunt cauſæ, quæ intermittentibus, nunquam tamen febrile incendium ex toto ceſſat, eo, quod focus putredinis ratione augetur & minuitur. Hoc genus febrium Græci vocant συνεχεῖς ὀδιάκαυς continuas non ſemper vrentes, ſcilicet eadem vi flammæ. Inde ſymptomatum exiſtit ſimilitudo, quæ has febres comitari ſolent, ſcilicet prout in his aliisue & quidem pluribus aut paucioribus venis focus putredinis & maior minorue humorum portio corrumpitur, aut quia in ipſis eſt vitium, aut quia calor natiuus eſt languidus & imbecillis. Denique pro vt putredo vel maior eſt & malignior, vel contra minor & mitior & pro vt vel hæ, vel illæ corporis partes magis ardent. Interdum enim focus putredi-

Vnde in continuis remiſſiones.

tredi-

tredinis renibus, interdum Epati, interdum cordi, interdum Thoraci, vel pulmonibus, interdum faucibus aut cerebro propiorem: Inde fit vt aliis vrantur & flagrent præcordia, aliis adsit ſpirandi difficultas, aliis dolor capitis, vigiliæ, deliria, quæ ſymptomata teſte Hippocrate lethalia ſunt ſecundum *Aph.* 50. *partis* 4. *Vbi in febre non intermittente ſpirandi difficultas & delirium accidunt, lethale.* Si vero in cacochymia plures humores vitioſi, vel mixti inter ſe atque confuſi vel ſeorſim ſinguli in venis diuerſis corrumpantur, atque putreſcant, febres accéduntur vel inordinatæ, vel complicatæ continuæ, quas agnoſcere & iudicare difficile eſt. Continuarum frequentiſſima eſt tertiana, eo, *quod ſanguis citius feruidus ac bilioſus fit in venis, quam pituitoſus aut melancholicus.* Rara quotidiana eo, quod pituita, niſi ſit valde multa, aut valde craſſa à calore natiuo excoquitur, vel inedia, exercitiis aut ſimilibus aliis cauſis conſumitur. Rarior quartana & fere non gignitur, niſi ſanguine in venis per præcedentes febres aut alias cauſas deuſto & cum pars tenuior in bilem vertitur flauam, craſſior in atram. Inordinatæ febres continuæ crebriores ſunt, & quanquam natura ſemper per oſcula venarum in cutem deſinentium materiæ aliquid putridæ diſſipat; nunquam tamen ante perfectam ſolutionem febrile incendium deſinit, niſi materia vitioſa vi naturæ ſuperata & ad cutem, glandulas, articulos, aliasue partes excuſſa tumorem & abceſſum excitet.

Cur tertiana continua frequentiſſima.

Rara quotidiana.

Rarior quartana.

Diſtinguitur autem continua ab intermittente ſuis notis. Primo quod nullo frigore aut

Continuarum & intermittentium differentia.

rigore antegresso æstus repente erumpit: quod si frigus horrorue aut rigor concurrat, coniungi febrem intermittentem ostendunt, id est, adesse & adhærere materiam putridam in locis subter præcordia, quæ agitata effumat illisaque præcordiis corpus concutit, cuius, vbi se calor ex loco putredinis effundit, nunquam incendio febris continuæ putridæ intra venas sese coniunxit, illud auget & intendit. Pulsuum inæqualitas maior depræhenditur in his febribus, quam in intermittentibus & quam pro caloris magnitudine. Durat vltra horas 24. neque hoc etiam tempore vel sudore manifesto, vel insensibili expiratu soluitur, sed continue ardet eo vsque, donec deflagret. Sed, vt diximus, cætera symptomata dissimilia sunt, provt putredo in maioribus venis epati, cordi aut cerebro est vicinior; Si enim ab epate non procul absit putredo, vruntur ac tenduntur hypochondria, fauces, lingua, gingiuæ, ad fauces & gingiuas lentor adhærescit, lingua scabritiem contrahit De lentore inqait Hypp: 4. *Aph.* 53. *quibus circa dentes in febribus lentores quidam fiunt, iis fortes sunt febres.* Si in venis ad cor sit putredo, crebra deliquia animi & syncope accidunt, corpus totum citius absumitur: pulsus prorsus fiunt inæquales, virtutes omnes languescunt. Si ad cerebrum, dolor capitis, vigiliæ, deliria accidunt.

Diuersitas symptomatum vnde.

Signa causi.

In καύσῳ communes putredinis notæ sunt manifestiores, perpetuæ & ingens ardor sitique similis, Etsi καῦσος alius alio sit mitior, vehemens tamen in omni καύσῳ æstus circa præcordia percipitur, spiratio adest difficilis ac pene

suffo-

suffocans, sitis inexhausta, lingua nigricans, sicca, scabra, amara. Quod si accedat tanta malignitas aut partes interiores ipsaque viscera perurantur externis refrigeratis, febris fit, quæ nominatur λειπυρία vel λειπυρία, cuius meminit Hipp. 4. *Aph.* 48. *In febribus non intermittentibus si partes exteriores sint frigidæ, interiores vero vrantur & sitim habeant, lethale est.* Fit hoc inflammatione aliqua aut erysipelate interna occupante, vnde calor ab exterioribus vniuersus retrahitur, estque inter ardentes semper ea pessima, in qua velut à cucurbita calor omnis reuellitur & retrahitur retrorsum. *Ardentium pessima quæ.*

Tertianæ continuæ notæ sunt euidentiores propter modum exacerbationis singulis alternis diebus; Sed perinde vt καῦσοι sine rigore aut frigore inuadunt & absque sudore absoluuntur; sed symptomata, quàm καῦσος, omnia habent mitiora. Καῦσον interdum cum rigore solui testatur Hipp. 4. *Aphor.* 58. Sed *si in non intermittente rigor incidat, ægro iam debili, lethale est*; autoritate eiusdem Hipp. 4. *Aphor.* 46. Nam & signum malum est naturæ prostratæ pene & languentis, & causæ malæ: prouenit enim ab agitatione humorum tentantium vires naturæ imbecillis.

GENERALIA DE METHODO OBSERuanda in curatione omnium febrium putridarum intermittentium.

CAPVT V.

IN curatione omnium febrium putridarum, quæ non sunt contagiosæ, aut pestilentes, re-

ſpiciendum eſt primum ad febrium cauſas, deinde ad febres ipſas; tertio ad ſymptomata præſertim ſi ſint ſymptomaticæ.

Cauſa coniuncta putridarum omnium eſt humor actu putris ex foco ſeu fonte putredinis effundens halitus putridos, acres, feruidos, qui cor incendunt, ſicut dictum eſt.

Cauſa antecedens eſt πλεονεξία humorum, quæ in aliis eſt κακοχυμία, in aliis πληθώρα, interdum πλησμονή, ſeu repletio. Putredinis, vt dixi, cauſæ ſunt, internæ quidem vitium in ipſis humoribus, quod emendari nulla coctione poteſt, Vndecunq; ſit contractum vitium, ſiue ex alimenti vitio ſiue ex corruptione alimenti in corpore, ſiue, quod ordine præpoſtero alimentum eſt aſſumptum. Externæ cauſæ ſunt obſtructio & contagium. Sed contagium ad putridas ſimplices non pertinet. Etſi autem humor putreſcere per ſe poſſit ſine obſtructione, ſi propter vitium aut malignitatem deſtituatur regimine natiui caloris, tamen non tam laxa & patentia ſunt corpora noſtra, etſi ab omni ſint obſtructione libera.

Cauſa coniuncta omnium putridarum

Antecedens.

Ex his itaq; Methodus curandi inſtituenda eſt hoc modo. Cauſa cõiuncta tolli non poteſt, ſed naturæ permittẽda eſt & iuuanda eſt natura, vt eam citius & facilius expellat. Nam quæ putruit materia, eo vſq; feruet, donec ſuo conflagret incendio. Cauſa antecedens, cum talis ſit, vt reduci ad vſum corporis nequeat, debet euacuari, quod fiet aut phlebotomia, aut medicamentis purgantibus, ſed ea lege, vt prius aperiantur obſtructiones ea parte corporis, qua euacuatio-

cuationes debent fieri ad ventriculum, mesenterium, intestina. *Omnem ergo curationem in febribus antecedat alui per os subductio*, per medicamentum, quod ventriculum & communes venas expurget, & intestinorum per enema elutio. Non fiat tamen vera & iusta euacuatio, nisi materia præparata primum per medicamenta, quæ vocantur digerentia, non, quod ipsa materiam coquant, sed quod coctioni aliquo modo ea præparent. Signa sufficientis præparationis præbebunt signa apparẽtis coctionis, in vrinis præcipue. Sed misceantur semper præparantibus leuiter aperientia initio, quæ penetrent medicamenta, reserent & paulatim aperiant obstructiones interiores in penitioribus mesenterii & Epatis. Post sufficientem euacuationem totius & liberius tentetur solutio obstructionum in iis meatibus, qui ad vrinam & ad corporis tendunt ambitum, ac dissipentur reliquiæ vrinæ ex sudoribus. Quare tunc conuenient, quæ prouocant & promouent vrinam & sudores intus forisque: Intus diuretica, diaphoretica hydrotica: Foris frictiones, inunctiones, laconica balnea præsertim aquæ dulcis in calidis & siccis febribus, quales sunt biliosæ. Deinceps si quid relictum est intemperiei vel imbecillitatum in parte aliqua ex incendii febrilis impressione, hoc etiam tollatur. Hic ordo hoc modo constanter obseruetur, quantum ad curationem causæ antecedentis, id est, & materiæ peccantis δυνάμει putridæ & obstructionis, quæ & efficit & adiuuat putredinem.

In omni curatione febrium debere præcedere vomitum.



Quantum ad morbum ipsum attinet, qui

Curatio morbi ipsius.

ſemper eſt calidus & ſiccus, diligenter in paroxyſmis ſingulis vitentur, quæ motum naturæ & expulſionem materiæ impediunt, calorem natiuum diſtrahunt, obſtructiones augent, & nouas cruditates gignunt. Non ergo cibus præbeatur ante paroxyſmū vel in ipſo paroxyſmo, non propinetur potus, nulla frigida extremis partibus applicentur, quibus ab externis calor ad interiora depellatur & impediatur vel ſudor, vel expiratio putridorum halituum, ſed omne permittatur naturæ, niſi magna virium defectio exegerit refectionem aliquam, vt neceſſe ſit ibi ægro aliquid exhiberi, qui tamen & modicus ſit & mollis & facilimus coctu. Ita ſi incendium ſit ingens & periculum ſit ab hectica & tale propter corporis ariditatem, communiantur cor, arteriæ, , medullæ ſpinæ dorſi, Epar ſub hypochondriis dextris Epithematibus, inunctionibus, & ſimilibus ex frigidis & humectantibus, provt ſingulis partibus conueniet: alia enim epati, alia cordi, alia medullæ ſpinæ dorſi congruunt. Hypochondriis tamen non temere frigida applicentur, niſi præceſſerit obſtructionum apertio. Coniungantur autē cum cauſis antecedentibus febrium in tota curandi ratione cæteræ etiam circumſtantiæ, quas ſæpe repetit & inculcat Galenus, vt ſunt ætas, habitus corporis, temperamentū, vires, conſuetudo, cauſæ, quæ anteceſſerunt, tempus anni, regio conſtitutio cœli & ſimilia. De ſymptomatum correctione dicemus in febrib. ſymptomaticis.

Victus ratio. Victus ratio inſtituatur ex cauſa morbi, morbo ipſo & eius magnitudine, viribus naturæ & reliquis

liquis circumſtantiis, de quibus *ſupra* dictum eſt. Cauſa morbi antecedens, qualis debeat eſſe victus ratio, oſtendit: morbi magnitudo & naturæ vires, quanta debeat eſſe indicabunt: Tenuiorem enim victum tertiana, pleniorẽ quartana exigit & vniuerſaliter diuturniores febres liberatiorem, acutæ, & celeres pauciorem victum deſiderant: Sic robuſtior natura facilius cum tenui victu perdurabit vſq; ad ſtatum; imbecilliori opus erit refectione crebriore. Si cauſa morbi calida fuerit & ſicca & cũ morbi cauſa morbus ipſe cõſenſerit, vt in exquiſita tertiana: victus ratio ſit refrigerans & humectans: ſi frigida fuerit, humida craſſa viſcida, vt in pituitoſis febribus, victus ratio ſit calefaciens, deſiccans, attenuans, incidens, abſtergens. Si fuerit frigida, ſicca craſſa, vt in melancholicis febribus, ſit moderate calidus, humectans, quo ſimul & emolliat craſſitiem humoris frigidi & attenuet. Nec tempus negligendum eſt febrium in ordinatione diætæ & quidem vtrumque, vniuerſale & particulare. Item temporis duratio: Alia n. victus ratio in principiis, alia in augmento & ſtatu febrium conueniet. Et in particularibus paroxyſmis ante finem paroxyſmorum, vel ante declinationem manifeſtam ægri cibandi non ſunt.

Tertianam exquiſitam ſeu purã mitiſſimam eſſe & breuiſſimã inter omnes intermittentes, Hippocratis, Galeni & cæterorũ conſtat autoritate, quib. ſuffragatur ratio & experiẽtia. Hip. 4. *Aph.* 59. inquit: *Tertiana exquiſita ſeptenis circuitibus, cum longiſſima eſt, iudicatur & 1. de morbis Epidemiis.*

Tertiana exquiſita cito iudicatur, nec eſt *lethalis*. Galeni teſtimonia nota ſunt ex 44. *Comment. 4. Aph.* & ad *Glauconē* & *2. de Criſib.* In tertiana n. exquiſita, cum vrina rubicundior eſt, ſeu ſuſpenſa, nec nebulæ primo ſtatim circuitu apparent, extendetur ad paroxyſmum ſeptimum. Si vero ſubrufa, vel ſubflaua fuerit, ac paulo poſt fecerit vel ſuſpenſam, vel nubeculam albam, vix vltra quartum progredietur. Omnium tamen illa ſimpliciſſima eſt, quæ ſigna ſeruat exquiſitæ tertianæ & ſtatim prima die facit in vrina ſedimenta alba, læuia, æqualia, hæc vltra tertiam acceſſionem vix progreditur. Sed exquiſitæ tertianæ in noſtris his regionibus, corporibus & victu minus ſunt frequentes: crebriores mendoſæ ſunt, ſeu nothæ. Etſi alias & hæ puræ propiores ſunt, ſcil. cum bilis multum exceſſerit ac vicerit humores reliquos permixtos.

Intentio curatiua.

Intentio curatiua tota conſiſtit in corporis humectatione & refrigeratione, quæ duo perficiuntur partim diæta, partim medicationibus.

Medicatio abſoluitur partim iis, quæ alterant calorem alienum in humoribus & partibus, partim euacuante materiam peccantem & ſuperfluam per aluum, vrinam & ſudores. Ergo ſecundum Galeni Methodum primo ſubducatur aluus enemate molliente & refrigerante; vt

Enema emolliens & refrigerans.

℞. *Aquæ decoct. hordei, vel aquæ decoctionis maluæ, Violariæ, blitæ. Iuiubarum* ℥ x. *vel* ℔ j. *Addatur Olei Violar.* ℥ iij. *Caſſiæ extractæ* ℥ j. *Sacchari rubri* ℥ j. ß. *Vitell: oui num.* 1. *Salis communis* ʒ j. ß. *fiat Enema, vel ferueant herbæ prædictæ in iurepulli pro decocto*: Expurgentur vero & viæ communes, ſi materia

teria non turgeat medicamentis lenibus, vt:

℞. Prunorum nū. vj. Tamarind. ℥ vj. fiat decoctio. Colaturæ ℞. ℥ iij. ß. In ea dissoluantur florum caßiæ recens extractæ ℥ x. vel mannæ electæ ℥ j ß. Syrupi Violarum ℥ j. fiat haustus. Potio.

Si materia turgeat, fortioribus vtendum est, quæ simul bilem ad exitū motam educant, vt:

℞. Diapruni non solutiui ℥ j. Elect. de succo rosarum ℥ ij. ß. Dissoluantur in decocto commmuni florum & succorum pectoralium vel in aquis cucumerum, Citrulli, aut cucurbitarum addita Syrupi Violarum, ℥ j. vel fiat decoctio ex floribus violarum, Capillo Veneris, Lactuca, Intybis, Sebestem, de qua ℞. ℥ iij. ß. & adde caßiæ vel Mannæ q. s. Elect. de succo rosarum ℥ ij. vel vsq; ad iij. Vel dissoluatur elect. de succo Rosar. in diluto Rhabarbari. Diligenter autem obseruetur, vt medicamenta exhibeantur diebus quietis: Accessionum tempore & à cibo & à medicamentorum vsu æger arceatur. A medicamentis prorsus, à cibo tribus vel 4. horis ante accessionem & toto paroxysmi tempore, nisi magnitudo morbi refectionem aliquam requisiuerit. Si materia non turgeat, post alui lenitionem coquatur cum Syrupo acetoso, Syrupo violarum, de succo Endiuiæ, vel Cichorii, Oxysachara, de succo limonum, de succo granatorum cum aquis Endiuiæ, Cichorii, Scariolæ Buglossæ, vel cum decoctione quatuor seminum frigidiorum aut vino grauatorū. Signis coctionis apparentibus fiat euacuatio primum per aluum cum καταρκτικῷ vno ex præscriptis; Deinde prouocatione vrinæ & sudoris cum decoctione absynthii, vel decocto radicum cichorii, apii, Alia.

rii, apii, fœniculi & ſeminum aperitiuorum. Conueniunt & ſyrupi de radicibus & confectiones ex ſpeciebus diarrhodon Abbatis, diatrion ſandalorum, Diamargarithon frigidis. Si ad ſudorem tendit materia, vt fere ſemper, fiant etiam leues frictiones totius corporis & poſt materiam coctam & euacuatam & obſtructiones ſolutas mergantur ægri in balneũ aquæ dulcis. Venæ ſectionem etſi Galenus laudat *in* 11. *Meth. med.* in putridis febribus omnibus, tamen in hac exquiſita tertiana cum hoc in loco Galenus illius non meminerit, aut non vſurpandum, aut caute vſurpandum cenſeo, ſcilicet tunc, cum adeſt magna plethora corporis, epatis calida intemperies, æſtus ingens.

DE CVRATIONE FEBRIS tertianæ nothæ.

CAP. VI.

Tertiana notha.

TErtiana notha ſeu impura plerunq; à bile vitellina, aut bile cum pituita frequentiſſime craſſiore, rarius tenuiore permixta, perraro à bile diluta ſucco melancholico accenditur.

Notæ eius *ſupra* ſunt expoſitæ. Paroxyſmi tanto ſunt longiores, quanto materia impurior eſt: Septimo paroxyſmo nunquam, decimo quarto rariſſime deflagrat, ſed in plures paroxyſmos rariſſime extenditur. Cum itaque exardeſcat è putredine bilis craſſioris, ſiue ex ſe talis ſit, vt vitellina; ſiue ex pituitæ admiſtione, ſemper attendendum eſt in hac febre epati & ventriculo ſimul, vt hæc membra temperentur ac roboren-

roborentur, ne ventriculus crassum & lentum phlegma gignat:

Epar vero intemperie calida humores adurat.

Quantum ad causam antecedentem, id est, ad humores ipsos attinet, frigidis alterantibus semper miscenda sunt, quæ attenuant, abstergunt & aperiunt propter crassitiem ac lentorem phlegmatis & obstructiones in epate. Cauendum etiam, ne ad humorum euacuationem vsurpentur fortia catarctica, vt sunt scammonium, Elaterium, Colocynthis, cum propter ventriculi & cordis virtutem, tum propter ipsorum humorum naturam, qui violenter trahentia non tolerant. Denique & hoc obseruandum est, quo natura tendat, & vtrum per secessum, an vero vomitu moliatur materiæ expulsionem atque in his omnibus tribuendum est aliquid consuetudini. Inter initia igitur aluus subducatur enemate paulo fortiore, quam in tertiana simplici & conueniet vsum Enematum crebro iterare, ventriculus etiam & communes venæ expurgētur medicamento leniente. Enema tale potest parari: ℞. *Herbarum maluæ, vtriusq; Bliti Violariæ, Hordei. ana M. j. Florum chamomeli, meliloti furfurū ana M. ß. Tamarindorū* ℥ ß. *Prunorū nū.* vij. *fiat decoctio in sufficiente quantitate aquæ ad consumptionem partis tertiæ: Colatura* ℞. ℥ x. *dissoluantur in ea caßiæ extractæ pro Clystere* ℥ j. *Electuarii lenitiui* ℥ ij. *Olei cōmunis* ℥ j. vel, si dolor capitis affuerit, ratione ascensionis humorū, *Diaphœniconis* ℥ *totidē; Olei violarū* ℥ ij. *Olei cōmunis* ℥ j. *Sachari* ℥ j. ß. *Vit. Oui n.* j. *Salis* ℥ j. *fiat Enem. Pro Bolo* *Enema.*

℞. Flo-

Bolus. ℞. *Florum caßiæ recens extractæ* ℥ j. *Electuarii Diaphæniconis vel Diacatholiconis* ℨ ij. *pulueris Glycyrizæ q. s. fiat bolus*, vel *dissoluantur hæc in decoctione communium florum & fructuum cordalium & pectoralium q. s. fiat haustus.* *Haustus.* Aluo subducta, si erit opus, id est, si affuerit plethora, intemperies èpatis magna, obstructio, rubedo faciei, habitus carnosus, vrina rubicunda, aperiatur basilica brachii dextri & educatur sanguis pro ratione ætatis, virium, consuetudinis, temporis anni & aliarum circumstantiarum. *Vena sectio.* *Fiat autem phlebotomia semper ante tertium paroxysmum*, deinde materia disponetur ad euacuationem cum medicamentis, quorum facultates aperiunt, vt sunt Syrupus acetosus, de radicibus, Byzantinus, de endiuia; mel rosatum colatum, ordiendo ab imbecillioribus & paulatim progrediendo ad fortiora, vt: ℞. *Syrupi acetosi simpl: De endiuia, Mellis rosati colati ana* ℥ j. ß. *Aquæ fœniculi, Endiuiæ ana* ℥ iij. *Aquæ absyntii* ℥ ij. *Misc. pro tribus vicibus.* *Potio alterans.* Vel fiant decocta ex *radicum fœniculi, asparagi, brusci, petroselini, Endiuiæ ana* ℥ ß. *herbarum scolopendriæ, Endiuiæ ana* ℥ ß. *Scariolæ, Cichorei ana M. j. absynthii M. ß. seminum Endiuiæ, scariolæ, apii ana* ℨ ij. *Glyzyrizæ, passularum ana* ℥ ß. *Colatura dulcoretur sacchato, in quo potest aliquid de Rhabarbara ebullire.* Materia præparata vbi signa coctionis apparuerint, fiat euacuatio cum manna, cassia, rhabarbaro, agarico, electuario de dactylis, diacatholicone, de succo rosarum, de psyllio à minoribus ad fortiora procedendo; vt: ℞. *Mãnæ electæ* ℥ ij. vel *florum Caßiæ* ℨ vj. *Rhabarbari* ℨ j. ß. *spicæ Gr.* xj. *Rhabarbarum cum spica infundatur in* *Haustus euacuans.*

in aqua Endiuiæ & modico vini albi per horas 12. post expreßionem dissoluantur in colatura Manna seu cassia & addatur syrupi de Endiuia ℥ j. ß. fiat haustus. Vel:

℞. *Elect. de dactylis, de succo rosarum ana ℥ ij. Diacatholic. ℥ ß. Dissoluātur in decocto florum & fructuum cordialium & pectoralium; cui addi potest mellis rosati ℥ j:* Vel fiat infusio in aquis Epaticis, Endiuiæ, cichorii, scariolæ, absynthii, Agarici in oxymelle simplici & inexpresso dissoluantur Diaphæniconis, Syr. rosarum solutiui vel elect. Rosarum aut de succo rosarum quant. suff. Cum autē hæ febres nothæ tertianæ interdum sint cōtumaces, nec facile discuti possunt, iterāda erunt enemata & medicamenta præparantia ac soluentia, quoties fuerit opus. Sed non nisi diebus quietis & misceantur etiam roborantia medicamenta, quæ exhibeantur vna hora ante prandium, vt est confectio ex speciebus Diarrhodon Abbatis & aromatici rosati. Commendantur in hac febre ad euacuationes posteriores etiam pillulæ aggregatiuæ plurimum: Item stomachicæ & de hiera Nicolai quibus assumptis superbibatur decoctio radicum fœniculi, petroselini, cicerum rubeorum & capillorum Veneris. Et quia Galenus laudat vomitum à cibo, promoueatur vomitus vel aqua tepida & aceto, vel syrupo acetoso simplici aut oxymelle simp. & decoctione sem: anethi, Raphani, &c. ita, vt post aliquod interuallū cū digito aut penna intincta in oleo vomitus prouocetur. Corpore mundificato subinde ante cibum assumatur aliquid roborationis causa sicut sunt con-

fectio ex ſpeciebus diarrhodon abbatis & aromatici roſati & in ipſo paroxyſmo etſi præſtaret abſtinere ab omni medicamento, tamen ſi propter imbecillitatem virium ſit opus aliqua refectione, exhiberi poſſunt conſeruæ Bugloſſæ, Borraginis, Violarum, Roſarum, Manus Chriſti perlatæ, Electuarium de Gemmis. Tandem materia probe euacuata adminiſtrentur ea, quæ fortius aperiunt & vrinam prouocant; ac ſudorem vt ſunt Throchiſci de abſynthio, de Rhabarbaro, de Eupatorio vel ſoli pillularum forma ita, vt ſuperbibatur decoctum ſummitatum abſynthii, fœniculi, Endiuiæ, &c. Ad eundem vſum parari poſſunt & decocta ex radicib. ſeminibus & herbis fortiter aperientibus & alterantibus; vt ℞. *Radicum Bruſci. Aſparagi, fœniculi, apii, medulla extracta ana* ℥ j. *Endiuiæ, Epaticæ, Scariolæ, lupulorum, capillorum veneris ana M.* ß. *ſem. quat. frigid. maiorum an.* ℥ ß. *fiat decoctio: colaturæ adde aliquid aceti & ſachari.* Poſt hæc prouocetur ſudor, ſi non ſponte ſua erumpit, cum decocto milii & hordei in aqua vel vino; vt ℞. *Hordei mundi, Flor. fœnic. ana M.* iiij. *Radic. apii, fœnic. Bruſci, Aſparagi Petroſel. Vrticæ, Ireos, Helenii ana M.* ij. *Baccarũ lauri, ſem. Lini ana M.* j. ß. *Anethi, Camomel. ana M.* ß. *Pulegii, Calamenti ana M.* ij. *Sem. Aniſ. Fœnic. ana* ℥ j. *Bulliant in quatuor ſitulis aquæ ad ſufficientiam & fiat ſudatorium.* *Sudatoriũ.*

Pro roboratione principalium membrorum, præmiſſis tamen ſemper vniuerſalibus conueniunt foris epithemata ex aquis & ſuccis cordi & Epati appropriatis: Exempli cauſa Epati ex aquis lactucæ, Endiuiæ, Scariolæ, Borraginis, *Epithemata.*

abſynthii,

abſynthii, ſpeciebus Diarrhodon abbatis, Diatrion ſandalon, Puluere ſpodii, &c. & ſimilibus. Item cerotum infrigidans Galeni. Cordi Epithemata ex aquis roſarum, acetoſæ, nymph: lactucæ, Borrag. Bugloſ. Meliſſæ, aceto, vino albo, modico maluatico, ſpeciebus Diamargar. frig. Diarrhodon abbatis, Elect. de gemmis additis modico croco & camphora. At initio fiant confectiones ex quatuor conſeruis cordialibus violarum, Bugloſſæ, borraginis, roſarum, diarrhodo abbatis, diamargaritone, Electuario de gemmis ex margaritis albis non perforatis cum ſyrupo de pomis, vel ſyrupo acetoſitatis citri. Ad rigorem fiat inunctio ſpinæ ex oleo laurino ſolo vel *ex olei laurini* ℥ ij. *aranearum viuarum num.* xxx. *Bulliant in oleo ad ſufficientem coctionem tribus horis ante acceßionem.*

Dolor capitis mitigetur per lotiones infrigidantes & diuertentes, vt ℞. *Foliorum ſalicis, vitium, Lactucæ, Violarum, florum Nymphea ana M.* ij. *capitum papaueris albi: num.* x. *Bulliant in ſufficiente quantitate aquæ*, cum decocto calido lauentur crura & brachia. Proderunt & cucurbitæ ſcapulis & natibus appoſitæ, ſine & cum ſcarificatu. Item clyſteres leues & vomitus, ſi materia fuerit in ſtomacho. Capiti conferent lumbrici terreſtres cum oleo roſaceo triti & illiti, vel ὀξυρόδινον applicatum ad commiſſuram coronalem cum pecia linea ex aqua roſarum, aceto & oleo roſarum. *Mitigatio doloris capitis.*

Ad mitigationem ſitis conferet aqua hordei decocta cũ ſemine fœniculi. Item collutio oris cũ aceto & aqua, ceraſa acida, arantiæ, limones, *Sitis.*

mala

mala punica acida, syrupus acetosus longus, poma super prunas decocta & similia.

Arefactionis corporis. Febri & arefactioni corporis medebitur inunctio spinæ dorsi assidua, mane cum tali vnguēto; *quod* ℞. *Mucil. sem: maluæ, altheæ, citoniorum, psythi ana* ℥ ij. *olei violacei loti, butyri recentis loti ana* ℥ j. *medullæ crurium vituli* ℥ iij. *ceræ albæ q. s. fiat vnguentum.* *Vnguentum.*

DE FEBRE QVARTANA.

CAPUT VII.

IN curatione quartanæ Galenus omnes ἐνδείξεις paucis explicauit, quibus cum existimem nihil adiici posse, paucis illas repetemus & illustrabimus exemplis medicinarum, quæ nobis vsitatæ sunt. Sed initio attente obseruetis temperamentum, habitum & constitutionem corporis, ægroti, an sit natura melancholica vel biliosa, vel sanguinea: deinde an sit quartana febris ex succi melancholici putredine, an vero ex atra bile: & si ex bile atra, ex vtro hæc sit humorum per adustionem nata, ex bile vel melancholia: Deniq; an sit ex crasso asso & superassato sanguine: id enim & præcedentia explorata indicabunt & demonstrabunt præsentes notæ, quæ corporis temperiem & humorum conditionem ostendunt. Si enim antecesserunt ardentes tertianæ febres, aut continuæ & corpus fuerit natura biliosum, vel sanguineum, aut tota vitæ & dietæ ratio præcedens in habitu & corpore melancholico fuerit occupata curis vigiliis, laboribus, animi perturbationibus, materia quartanarum magis ex adusto,

quam crudo erit humore melancholico. Hæc initio distingui necesse est, cum rationem & dietæ & medicationis varient. Si ergo ex succo melancholico non adusto cum splenis affectione, vt inflatione, vel obstructione, fuerit febris quartana, conueniet diæta calida & humida & boni succi, coctionis facilis, non grauans stomachum: Nam in febre plus ad siccitatem humoris & corporis respiciendum est, quam ad frigiditatem: Humidum ergo in diæta vel superet, vel saltem æquet calidum: caueantur tamen illa, quæ succum gignunt humidum quidem, sed crassum, viscidum, tenacem & obstruentem tarde exeuntem, vt carnes porcinæ. Quæ vero crassum & siccum gignunt sanguinem, vitentur vt pestis; sicut sunt sale macerata omnia & fumo soleue durata ex carnium & piscium genere. Conuenient ergo carnes gallorum, gallinarum, pullorum, perdicum, phasianorum, auium nemoralinm, carnes agnorum, hædorum, castratorum veruecum, oua sorbilia, pisces saxatiles & friabiles, lucii, percæ &c. aceto aut pipere conditi: amygdalæ, passulæ, poma assata cum saccharo, pulmenta ex pomis, pruna vngarica & pulmenta ex his confecta. Ex oleribus Buglossa,, borrago. Vitetur aër frigidus & siccus, ventosus, borealis & omnes cibi, qui inflant, sicut sunt omnia genera leguminum. Exercitia moderata in principio & augmento prosunt, præsertim assuefactis in statu & quiete. Toto morbi tempore commotiones vehementiores animi & corporis caueantur. Somno nihil melius humectat; Vigiliis nihil infestius,

Curatio quartanæ ex humore melancholico non adusto.

cum siccitatem augeant: Venter initio leniter & mollibus Clysteribus subducatur, quæ in progressum acui possunt. Conueniunt & frictiones, deambulationes & balnea ex aqua dulci excepto die paroxysmi, sed non, nisi apparuerint signa coctionum in vrinis & præcesserit aliqua humorum euacuatio. Memini ipse aliquos vsu balneorum ante cibum curatos esse. Die paroxysmi abstineāt à cibo, si virtus & ætas tollerabit: si ferre nō possunt, comedant aliquid horis ad minimū quinq; vel 6. ante paroxysmū.

Curatio quartanæ ex humoribus adustis.

Si accensa fuerit quartana ab humoribus adustis & temperamentum ægri fuerit calidum biliosum, diæta cum humiditate vergat ad aliquā frigiditatem: Vinum sit initio album, tenue & dilutum, recens, non vetulum, non dulce non austerum; Antiquum non conuenit, nisi in declinatione, cum vrinas & sudores prouocari oportet copiosius ad materiæ reliquias discutiendas & extirpandas. Quantum autem ad medicinas attinet, incipiendum est à leuissimis. Vult enim leniter tractari quartana & morbi melancholici omnes: Venter molliatur clysteribus lenibus vel medicamentis aluum subducentibus;

Enema.

vt: *ex herbarū maluæ, violarum, Brāchæ vrsinæ, buglossæ, foliorum senæ ana M. j. bulliant in aqua q. s. ad consumptionem partis tertiæ colaturæ* ℞. ℥ x. *vel* ℔ I. *adde olei Viol.* ℥. iij. *florum caßiæ* ℥. j. *sacchari rubei* ℥ j. ß. *mellis Viol.* ℥ ij. *Salis communis* ʒ j. (alter ʒ ij.) *vitellorum oui num.* I. *Fiat enema*, quo aluus proluatur Ante paroxysmum, vel die paroxysmum ante-

Haustus.

cedente exhibeatur talis haustus: ℞. *florum borraginis, buglossæ, violariæ, stœchadis, capillorum veneris ana*

ana M. 5. *Glyzyrizæ* ℨ 5 *passularum* ℥ j. *fiat decoctio, de qua*, ℞. ℥.3. *in aqua dissoluantur florum cassiæ* ℨ x. *diacathol.* ℨ 2. *mellis rosati colati* ℥ j. *fiat potio*. Vel formetur bolus ex *florũ cassiæ* ℨ x. *Epithymi* ℈ j. *in tenuem pulverem triti cum puluere Glyzyrizæ rasæ & saccharo*. Si sanguis exuberarit, vt si rubedo affuerit, crassities vrinæ, habitudo corporis sanguinea, & præcesserit diæta, quæ sanguinem auget aut si febris fuerit ex superassato sanguine, aperiatur vena media, vel interna brachii sinistri, vbi, si sanguis affluxerit niger & crassus, copiose mittatur pro ætatis & viriũ ratione : si flauus aut ruber ac tenuis, mox supprimatur. Si in viro suppressio hæmorrhoidum, in mulieribus retentio purgationũ menstruarum præcesserit, primo incidatur vena Saphena pedis sinistri, postea interna vel media brachii sinistri : posthæc prodesset prouocatio hæmorrhoidũ ꝑ hyrudines, teste Hip. *6 parte Aph.* 11. *Nephriticis & melãcholicis hæmorrhoides superuenientes bonæ*. Post has euacuationes materia coquatur & deinceps purgetur. Cum a. quartana sit morbus longus & ex putredine humoris contumacis, vtrumq; & coctio & purgatio fiat alternatim pluribus vicibus. Sed à mitioribus semper sit initiũ vt lente educatur, ꝙ satis præparatũ est, non attrahatur violenter, ꝙ tractioni repugnat. Conueniunt ergo initio talia præparantia. ℞. *syrupi acetosi simplicis, mellis rosati colati ana* ℥ j. *aquæ. borraginis, buglossæ an.* ℥ ij. *Misce pro vna vice*. Si fuerit crassior humor, addatur oxymel simplex vel syrupus acetosus, de radicib⁹. Si adfuerit adustus humor exhibeatur tale præparans,

Bolus.

Ex superassato sanguine.

Potio præparans.

Alia. ℞. *Syrupi de fumo terræ, acetosi simplicis violarum ana* ℥ vj. *aquarum. borraginis, endiuiæ, lupulorum ana* ℥ j. *misce*: Exhibeantur autem per aliquot dies continuos, deinceps fiat euacuatio cum floribus cassiæ diacatholicone, diasenæ. Commendatur & lapis lazuli, quem græci Cyantum vocant, tricesies ablutus; vt ℞. *florum borraginis,*

Haustus euacuans. *buglossæ, violarum, stæchados, folliculorum senæ ana M.* j. *passularum enucleatarum* ℥ ij. *Glyzyrrhicæ rasæ* ℨ. ß. *fiat decoctio: Colaturæ* ℞. *q. s. ad dissoluendum florum cassiæ diacatholiconis ana* ℨ. ß. *lapidis lazuli tricesies abluti* ℈ ij. *mellis rosati colati* ℥ j. *fiat haustus* mel in eodem decocto aut solo decocto passularum dissoluatur, vel diasinæ vel confectiones hamech vel scammoneæ ℥ ß.

Si medicamenta per os abhorreat æger, purgetur enemate; vt ℞. *florum senæ, polypodii querci-*

Enema. *ni ana* ℥ ß. *foliorum maluæ, mercurialis, lupulorum, borraginis ana M.* j. *bulliant ad casuram partis tertiæ: Colaturæ* ℞. ℥ x. *In ea dissoluantur diasenæ vel confectionis hamech, vel Scammoneæ* ℥ j. *Hieræ simplicis* ℥ ß. *Olei communis* ℥ iij. *Salis* ℨ ij. *Vitellorum oui num.* 1. *sacchari rubei* ℥ j. ß. *fiat Enema.* Posthæc varientur & acuantur præparantia & purgantia medica-

Potio alterans. menta gradatim: vt ℞. *syrupi de Bizantiis, endiuia, epithymo ana* ℨ v. *aquarum buglossæ, borraginis, endiuiæ ana* ℥ j. *misce pro vna vice.* Si ad fortiora fuerit progrediendum, deinceps addantur syrupus acetosus compositus de thymo, de lupulis, oxymel diureticum: vel fiat decoctum tale: ℞. *Ra-*

Syrupus longus. *dicum brusci, asparagi, Apii, fœniculi ana* ℥ ij. *florum borraginis, buglossa ana M.* j. *herbarum scolopendriæ, Chamedryos, veræ Chamepythios ana M.* ß. *passula-*

rum

rum ℥. ſ. *Thymi*, *Epithymi ana M*. j. *facta decoctione colatura condiatur ſaccharo pro ſyrupo longo*. Et ſi fortioribus aperitiuis opus erit, addi poſſunt Origanum, calamentum, Eupatorium, ſtœchas, cortices radicum Tamariſci, Capparum &c.

Aduſta materia præparetur cum ſyrupo de fumo terræ, de lupulis, de violis. Euacuatio fiat cum talibus vel ſimilibus: ℞. *diacatholiconis, diaſenæ ana* ℥. j. ß. *Rhabarbari electi* ʒ ſ. *lapidis lazuli optime loti* ℈ j. *diſſolue in decoctione communi, in qua prius ferbuerint foliorum ſenæ, epithymi, polypodii ana* ʒ ij. *fiat potio*. Si bilis fuerit admixta, addatur potioni electuarium de ſucco roſarum; ſi phlegma, aliquid de Agarico & Turbetho; vel detur de tali puluere ʒ ſ. cum ſero caprino aut decocto cicerum: ℞. *Pulueris foliorum ſenæ, Epithymi ana* ß. ſ. *lapidis lazuli abluti* ʒ j ſ. *Zingiberis* ʒ ſ. *Cinamomi* ℈ j. *ſalis gemmæ gr*. iiij. *Sachari* ʒ x. *terenda terantur & fiat puluis*. Commendantur & pillulæ de lapide lazuli & Iudæ; vt ℞. *Pillularum Indarum, de lapide Lazuli ana* ℈ j. *aggregatiuarum* ℥. ſ. *cum oxymelle ſimplici formentur numero pillulæ* xv. quibus ſuperbibatur potio *ex mellis roſati colati* ℥ j. *aqua borraginis* ℥ ij. Toties autem iteretur vſus & præparantium & purgantium, donec fuerit opus.

Potio euacuans materiam aduſtam.

Puluis.

Pilulæ.

Vbi vero ſigna optimæ coctionis apparuerint, propinetur hæc, vel ſimilis potio: ℞. *Corticum hellebori nigri* ʒ ij. *Diacatholiconis* ℥. ſ. *Rhabarbari electi* ℥. j. *Cinamomi electi*, *Sachari albi ana* ℈ j. *Terenda terantur & cum diacatholicone infundantur in decoctione communi, vt ſupra per noctē, poſtea facta expreſſione forti & addito melle roſaceo colato fiat hauſtus*, qui

Potio.

Vomitus. *stus*, qui, vt reliqua purgantia propinetur die paroxyſmum præcedente. Galenus laudat vomitum à cibo tempore quietis, die paroxyſmi vero ante acceſſionem vel in ipſa acceſſione: Prouocetur itaque vomitus decoctione ſeminum anethi, raphani, atriplicis, cui addatur oxymel ſimplex. Multum valet etiam ad vomitum hoc, quod recipit *radicum palmæ Chriſti* ℥ j. ß. *teratur in puluerem & cum vino albo exhibeatur.* Vel ℞. *Sachari* ℥ j. *membranarum internarum nucum exiccatarum M.* 1. *bulliant in vino ad conſumptionem partis tertiæ; Colaturæ detur Cyathus per horas tres post cibum.* Diebus quietis roboretur æger & victu bono, electuariis, confectionibus & cæteris & diligenter attendat Medicus ad cor, ventriculum, Epar & lienem, quia halitus humoris melancholici ſua malignitate tentant omnia iſta membra, etiam cerebrum & caueat accurate ne temperies harum partium corrumpatur, neue apoſtema oboriatur, vel excitetur ſcirrhus.

Cordialia. Cordi conueniunt ſpecies diamargariton, Electuarium de gemmis, lætificans Galeni, diamo-

Electuariũ. ſchum dulce, conficiatur ergo electuarium tale: ℞. *quatuor conſeruarum cordialium ana* ℥ ſ. *ſpecierum electuarii de gemmis, diamoſchi dulcis, diarrhodon abbatis ana* ℈ 2. *auro puriſsimo inauretur* & exhibeatur magnitudine nucis caſtaneæ duabus horis

Epithema. ante cibum. Paroxyſmi tempore cordi applicetur epithema tale vel ſimile: ℞. *aquarum borraginis, bugloſſæ, Roſarum, meliſſæ ana* ℥ 3. *ſpecierum cordialium* ʒ 2. *Croci* ℈ 5. *aceti* ℥ 2. *vini albi odoriferi*

Stomachica. ℥ ij. ß. *miſce.* Ventriculus roboretur & inunctionibus, & iis, quæ aſſumũtur: vt, ℞. *Olei maſtichini,*

de

de ſpica ana ℥ j. *pulueris caryophillorum, Macis, Ligni aloes, Cinamomi; Aloes lotæ ana* ℈ j. *Coralliorum rubeorum* ℈. ſ. *gallicæ moſcatæ gr.* v. *Ceræ quantum ſatis.* Inungatur vētriculus molliter aliquot horis ante cibum. Lieni & fomenta & vnctiones applicentur; vt: — *Vnguentum. Splenetica.*

℞. *Radicum altheæ, filicis ana M.* I. *ſeminum lini* ℥ j. *herbarum cetharali*, id eſt, *aſplenii vel ſcolopendriæ, Chamomeli ana M.* ʒ. *corticum radicum capparum, tamariſci fraxini ana M.* j. *ſeminum portulacæ, agni caſti ana* ℥ ij. *bulliant in aceto quant. ſufficit.* Hoc decocto cum ſpongia madefacta fomentetur ſplen & deinceps inungatur tali aliquo vnguento: ℞. *olei de capparibus, amygdularum dulcium, de ſpica ana* ℥ ſ. *ſuccorum vel pulueris Cyclamini, betonicæ, dialtheæ, Ammoniati in aceto diſſoluti ana* ℥ ſ. *pulverum Tamariſci, ceterali, ſeminum plantaginis, agni caſti ana* ʒ ſ. *ceræ q. ſ. fiat vnguentum.* Quod ſi nō profuerit, loco eius vſurpetur tandem Emplaſtrum de meliloto. Si à duritie & ſcirrho fuerit periculum lieni, exhibeantur per interualla pilulæ ex amoniaco: vt, ℞. *Pilularum aggregatiuarum, Ammoniaci in aceto diſſoluti ana* ʒ ſ. *formentur pilulæ num.* XVI. quibus ſuperbibatur potio *ex* ℥ I. ß. *oxymellis ſimplicis, aquarum meliſſæ vel Betonicæ* ℥. iij. (alter ſic ſcripſit) ℞. *Pilularum aggregatiuarum, Ammoniaci in aceto diſſoluti ana* ʒ I. *Sachari albi diſſoluti in aqua abſyntii q. ſ. fiat confectio in tabulis.* Ad epatis roborationem conducent rotulæ, quæ ℞. *epatis lupi præparat ſpecierum diarrhodon abbatis, Rhabarbari electi ana* ʒ. j. *Sachari albi diſſoluti in aqua abſynthii q. ſ. fiat confectio in tabulis.* — *Fomentum. Vnguentum. Pilulæ. Tabulæ. Epaticæ. Tabulæ.*

Rigoris correctio.

Rigor leniatur inunctione ſpinæ ex oleo laurino, coſtino, de Caſtorio, aquæ vitæ & ſimilibus; vel paretur acceſſionis tempore ſtufa calefacta feruido *decocto herbarum pulegii, calamenti, chamomeli, anethi, rutæ, Meliloti, abſynthii ana M. ij.*

Extirpatio reliquiarū.

Tandem in declinatione ad extirpandas reliquias febris conueniunt crebra balnea; conueniunt etiam Trochiſci de capparibus, de eupatorio, de abſynthio, item diatrio peperion; theriaca optima cum maluatici ℥ iij. vel duabus horis ante acceſſionem vel etiam die quietis, præſertim in melancholica aut pituitoſa quartana: In cæteris enim, vt bilioſa, vel ſanguinea corrigatur theriaca ſaccharo roſaceo, violaceo. Poteſt etiam poſt balneum exhiberi vel cum vino vel cum ſaccharo borraginis, quod quando fit æger deterſus collocetur in lectum, vt ſudet: ℞. *aquæ vitæ* ℥ v. *pulueris caryophyllorum electorum* ʒ j. *miſce & ſtet* per horas 24. *quoad exiſtentia clareſcit.* propinetur quinq; horis ante paroyſmum: reliquo craſſo cum oleo anethino mixto inungatur ſpina. Quidam commendant ſuccum expreſſum ex comis abſynthii mixtum cum Theriaca. Ego vſus ſum puluere ex foliis ſenæ, Epithymo, polypodio quercino.

Potio.

DE FEBRE QVOTIDIANA.

CAPUT VIII.

Quotidiana cur periculoſa.

QVotidiana longa eſt, nec ſine periculo, cum natura propter quotidianos inſultus

nequit

nequit ſeſe illo exiguo quietis interuallo, quod duobus paroxyſmis quibuſq; paroxyſmus intercedit, colligere & reficere & quod læduntur vehementer os ventriculi atq; epar, quorum illud affectum putredine pituitæ ibi nata, aut eo regurgitãte ſyncopas adfert ſtomachicas, hoc tandem corporis habitum in cachexyã & hydropem perducit, tum quia morbi natura, quæ calida & ſicca eſt, prorſus aduerſatur humoris naturæ, qui eſt frigidus & humidus, craſſus, lentus & viſcidus. Quare quod vni conducit vt cauſæ, id eſt, humori & obſtructionibus ab humore, id nocet alteri, vt morbo.

Victus rationem inſtitui oportet ex toto morbi tempore, provt febris videtur longior futura eſſe, aut breuior: tota tamen tendat ad manifeſtam caliditatem cum manifeſta vi attenuandi & incidendi propter humoris craſſitiem & lentorem & propter obſtructiones, quæ in hac febre magis multæ & pertinaces ſunt humore profunde infarcto & pertinaciter adhærente. Initio conuenit victus vberior eo, quod morbus ſua natura diuturnus eſt, ne natura fracta inedia vel ante ſtatum, vel in ipſo ſtatu ſuccumbat, & ne, vbi morbus acceſſerit ad vigorem, imbecillitas naturæ cogat exhiberi cibum largiorem tempore alieniſſimo contra rationem & Hyppocratis & Galeni autoritatem, qui tenuem victum in ſtatum præcipiunt. Notus eſt enim *Aph. 8, partis primæ. Quando morbus in ſuo vigore conſtitit, tunc victu tenuiſsimo vtendum.* Aer fiat calidus, ſiccus ſubtilis tendens ad caliditatem & ſiccitatem. Talis ſi natura per an- *Diæta.*

ni tempus non sit, vt hyeme, aut æstate cũ constitutio cœli pluuiosa est, efficiatur talis arte & medicamentis, vt suffitu Iuniperi, thuris, mastichis, Sandaracæ, corticum citri, Rosmarini &c. In statu morbi & tempore astiuo aer sit temperatus, cibi sint concoctu faciles, qui calefaciunt, attenuant & incidunt: ideo Iuscula & carnes conditi possunt radicibus asparagi, fœniculi, petroselini, carui: vel aromatibus, vt cinamomo, pipere: Et si non adsit aliqua epatis intẽperies calida, Zingibere. Pauperib. iidẽ cibi condiri possunt ciceribus vel decocto cicerum. Frigidi & humidi cibi omnes, qui succũ gignunt pituitosum, aut crudũ, aut corruptioni obnoxiũ vitentur sedulo, nec detur cibus ægro in ipso paroxysmo ante statum, vel in statu, sed vbi vigor præteriit & declinatio adest manifesta, aut si breuis fuerit paroxysmus, expectetur finis declinationis. Si tamẽ sitis vrgeat, exhiberi possunt loco potus hydromel aut aqua hordei cũ decoctione anisi, fœniculi aut piperis aut aqua sacchari, in qua ferbuerint semina eadẽ aut syrupus acetosus simplex dilutus aqua salsa. Extra paroxysmũ concedatur vinũ albũ tenue ὀλιγόφορον (vt Necarica) diligenter a. consideretur ætas, cõsuetudo, tempus anni temperamentum ægri & reliquæ circumstantiæ, de quibus sæpe dictum est. Plus vigilet æger, quam dormiat, præsertim vero invadente paroxysmo à somno arceatur. Aluus semper sit aperta & si sponte sese natura nõ exoneret, prouocetur clysteribus, glandibus vel medicamẽtis per os assumptis. Clysteria sint initio læuia, quæ & calefaciant, incidant & abstergant; quale est; ℞. *Bliti, Mercurial: Furfurum* *Enema.*
craßio-

craßiorum, Maluæ, carthami ana M. j. Ferueant in aqua q. s. decoct. Colat. ℞. ℔ j *adde Mellis rosſ. colati* ℥ 2. *Hieræ puræ, caßiæ extr. pro clystere ana* ℥ vi. *Olei com.* ℥ 4. *Salis* ℥. 1. *Cum vitello oui fiat enema.* Vel si sit opus enemate fortiori; ℞. *Mercur. Bethon. Maluæ, Chamomel. ana M. 1. Sem. Anisi, Fœnic. Carui ana* ℥ ß. *Furfuris ligati in petia M. 2. Ferueat in s. q. aquæ ad consump. partis dimidiæ; colat.* ℞. ℥ xiv. *adde Mellis rosati Colati* ℥ 1. ß. *Hieræ simpl.* ℥ 1. *Benedictæ laxat.* ℥ vi. *Olei chamomel. Olei com. ana* ℥ 1. ß. *Sachari rubri* ℥ ij. *Salis* ℥ 1. *Cum vitello oui fiat Enema.* Talis alui lenitio initio fiat & postea toto febris tempore crebro iteretur. Commendatur à Galeno etiam vomitus creber, maxime à cibo toto morbi tempore. Præsertim in iis, qui facile & citra molestiam vomunt. Exonerat enim & alleuat ventriculum, qui est fons Phlegmatis crudi: Cumq; vomitus spontanei erumpunt sub accessione, sudores in declinatione, signa sunt optima: Poterit itaq; vomitus prouocari iis, de quibus supra: vt acetos. simpl. vel aqua tepida cum oxymelle simpl: In reliquis, qui difficulter vomunt, laudãt nonnulli inter initia etiã ante coctionẽ moderatas euacuationes materię pituitosæ contentæ & coaceruatæ in stomacho cũ lenibus & prædictis medicamentis vt cũ diacatholicone diaphœnicone sine scammonea cũ agarico trochiscato & similibus: cum pilulis alephanginis. Sed talia omnia tutius exhibentur, vbi signa coctionis apparuerint. Sanguis in febre quotidiana nunquã mittatur, eo, ꝙ incenditur ex putredine humoris frigidi, crudi, crassi. Si tamen adsit plethora magna & vrina intense rubeat sitq; crassa & obscura, aperiri vena potest tantũ euentationis causa. Ca-

Aliud fortius.

Vomitus.

Venæ sectio.

Catarctica. Catarcticis vero validis nunquam initio morbi ante exactam coctionem irritetur aut moueatur humor, qui propter lentorem ac crassitiem contumax est & rebellis, sed diu multumq; præparetur iis, quæ attenuant, incidunt & abstergunt & vbi aliqua signa coctionis se ostendunt in vrinis, pars materiæ peccantis subinde paulatim educatur, catarcticis mitioribus vsque ad maturationem exactam, quo tempore à catarcticis fortioribus concocta materia duci, & in statu & declinatione reliquiæ materiæ diureticis fortioribus expelli tuto possunt, vt:

Potio purgans. *℞. Electuarii diaphœniconis ʒ iij. diacathol. ℥ ſ. Electuarii Indi ʒ j. dissoluantur in decoctione communi florum & fructuum cordialium & pectoralium & addita mellis rosati colati ℥ j. fiat haustus, vel:* *Alia.* *℞. Turbethi electi ʒ j. Agarici ʒ j. ß. Sacchari ℈ ij. Spicæ salis gemmæ ana gr. iij. infundantur in aquæ lactis ℥ iij. fiat postea expreßio fortis, cui addantur oxymellis simplicis, Mellis rosati colati ana ℥ ſ. fiat haustus: cui misceri potest aliquid de hiera simplici.* His peractis si naturæ fuerit rursus per aliquot dies concessa quies, ad fortiora fiat paulatim progressus; vt

Alia digerens. *℞. syrupi acetosi, de radicibus ana ℥ j. mellis rosati colati, syrupi de endiuia compositi ana ℥ ſ. aquarum absynthii, fœniculi betonicæ ana ℥ j. misce:* *Alia.* aut fiat decoctum tale; *℞. radicum fœniculi, asparagi, petroselini, glyzyricæ rasæ, passularum enucleatarum ana ℥ ß. herbarum. Eupatorii, absynthii ana M. ß. seminum ameos, anisi ana ʒ iij. Endiuiæ, fœniculi ana ʒ ij. fiat decoctio in lib. iiij. aquæ ad consumptionem mediæ partis; colaturæ adde lib. ſ. mellis despumati, & coquatur, vt*

fiat

fiat potio longa. Tandem materiæ peccantes extirpentur euacuationibus fortioribus cum agarico, turbetho, Hiera simplici Hiera, Nicolai, diacatholicone, diaphœnicone, electuario Indo, pillulis Hieræ simplicis & compositæ, aggregatiuis, cochiis Indis, vt: ℞. *quatuor florum cordialium ana ℥ ij polypodii quercini, seminis carthami excorticati & ligati in petia rara ana ℥ ij. seminum fœniculi, dauci ana ℥ j. s. iuiubarum sebesten ana nũ. 5. passularum enucleatarum, glyzyrizæ rasæ ana ℥ iij. bulliant in aqua ad consumptionem partis dimidiæ, colaturæ.* ℞ *q. s. ad dissoluendum diacatholiconis ℥ 5. dia phœniconis ℥. 3. Electuarii indi ℥ 2. mellis rosati collati ℥ 1. Misce fiat haustus.* Toto autem morbi tempore ratio habeatur viscerum, præcipue vero, vt dixi, ventriculi & Epatis. Ventriculus roboretur exterius & interius; vt, ℞. *Cinamomi electi ℥ 1. Sacchari albißimi, Macis, cardamomi, Galangæ, Xyloaloes, caryophyllorum, Rosarum rubearum, Corallorum rubeorum, Margaritarum præparatarum ana ℈ 1. croci ℈ 5. corticum citri ℥ 2. sacchari albißimi ℥ x. hoc dissoluto in aqua melissæ & additis aromatis prius in puluerem tritis fiat confectio in morsulu.* Conueniunt etiam species aromatici rosati, diarrh. abbatis, quæ misceri inter se possunt. Prodest & Theriaca, vel mitridatiũ pondere drachmæ stomacho ieiuno, si superbibantur aquæ absynthii ℥ v. præsertim in declinatione cum simul intenditur prouocatio sudoris. Foris roboretur stomachus fomentis & vnguentis; vt: ℞. *Absynthii, menthæ, Pulegii, calamenti, Maioranæ, rosarum rubr. balaustiorum, chamomeli ana M. 1. Cinamomi electi, Caryophyllorum, Ligni aloes, Calami*

Haustus euacuans.

Morselli stomachi.

Fomentum.

aromatici, Macis, Mastichis ana ℥ 2. seminum anisi, fœniculi, ana ℨ 5. ferueant in aqua & vini æqualibus partibus ad consumptionem partis tertiæ; In colatura madefiat spongia quæ inter duos asseres mundos expressa applicetur stomacho cum petia munda & rara quater: postea inungatur stomachus vnguento tali; ℞. *Olei de mentha, de spica, Mastichini, de absynthio ana ℥ 5. Cinamomi, caryophyllorum, Xylo balsami, Ligni aloes, calami aromatici, Macis, corallorum rubeorum ana* ℈ 5. *Aceti parum cum cera fiat vnguentum*: vel cerotum applicetur tale; ℞. *Olei de Mentha, Mastichini ana ℥ j. mastichis, specierum hieræ simplicis ana ℨ 5. galliæ moschatæ ℈ 5. cum cera & resina fiat cerotum,* quod extendetur super aluta ad formam scuti. Quod si etiam in ventriculo tumor obortus fuerit sicut quandoque accidit, foueatur emplastro de meliloto. Post iustas euacuationes sudor prouocetur cum iis, quæ in tertiana exposita sunt, tum inprimis frequenti vsu trochiscorum de absynthio, de eupatorio, de Rhabarbaro, quibus superbibatur decoctio cicerum rubeorum, radicum fœniculi, petroselini, asparagi. Vel ℞. *mentastri sicci fluuialis, hordei mundi ana M. 1. Aristologiæ rotundæ M 5. Caricarum pinguium num. x. bulliant in æqualibus partibus aquæ mellis & vini q. s. & fiat potio* exhibenda in aurora, de qua, vbi biberit æger, collocetur in lecto & tegatur pannis, vt sudet. Item, ℞. *Theriacæ vel mithridatii optimi* ℈ j. *Sachari rosati ℥ j. ß. misce fiat bolus*, post cuius vsum exhauriatur scutella decoctionis cicerum & æger coopertus expectet sudorem.

Vnguentum. *Ceratum.* *Potio sudorifera.* *Bolus.*

Epithema cordiale: Cordi in paroxysmo conueniet epithema tale; ℞. *aquæ melissæ, buglossæ, borraginis ana* ℔ 5. *rosarum*

ℨ IV.

℥ iv. *specierum cordialium pro Epithemate* ℥ 5. *croci* ℈ 5. *aceti* ℥ 2. *maluatici* ℥ 3. *fiat Epithema.*

Si diuturnitas febris cachexiam attraxerit, huic medendum erit trochiſcis de abſynthio, de Eupatorio, ſpeciebus dialaccæ, diacurcumæ cum pilulis de rhabarbaro, vel pilulis confectis *ex partibus æqualibus ſpecierum hieræ ſimplicis, aloes, agarici, rhabarbari &c. & decocto abſynthii & ſoldanellæ in vino.* Vel; ℞. *ſpecierum diarrhodon abbatis & Rhabarbari electi, Epatis lupi præparati ana* ℥ 5. *Sacchari albi diſſoluti in aqua abſynthii q. ſ. fiat confectio in rotulis*, quarum quælibet ſit ℥ 2. & exhibeatur cum vino abſynthite. Foris inungatur hypochondrion dextrum tali vnguento: ℞. *Olei de ſpica, de abſynthio ana* ℥ 1. *miſce.* Etſi Epar viſum fuerit indureſcere, addatur Oleum amygdalarum dulcium. Si cachexia eo vſque proceſſerit, vt pedum œdema iam efficiat, poſt vſum prædictorum trochiſcorum & reliquornm, de quibus dictum eſt, tumor diſcutiatur, fotu vel Emplaſtris. Fomentum ſit tale; ℞. *lixiuii q. ſ. in eo bulliant radices ebuli M* 3. *ſalis M* 2. *aceti* ℔ 5. *In colatura madefiat ſpongia*, quæ expreſſa calida alligetur pedibus, mane & veſperi. Vel; ℞. *fabæ freſæ q. ſ. decoquantur in lixiuio prædicto & pinſentur optime, additoq; oxymelle q. ſ. fiat emplaſtrũ* applicandũ œdemati pedũ. Si adſit dolor capitis aut ſomni profunditas etiã ſine dolore ex aſcenſu vaporũ ad cerebrũ, fiant diuerſiones frictionibus fortib. extremorũ, ventoſis appoſitis ad ſcapulas & nates, ligaturis fortib. muſculorũ in brachiis & pedib⁹ præſertim ea parte, q̃ muſculorũ ſunt capita, lotion. b⁹ pedũ cũ decocto, ꝗ ℞. *betonicæ, camomeli, Anethi,*

Curatio cachexiæ.

Pilulæ.

Rotulæ.

Vnguentum.

Fomentum ad tumefactos pedes.

Emplaſtrũ.

Lotio pedũ.

Enema. *Anethi, pulegii, Ruthæ, menthæ, calamenti, fœniculi, stachados, Rosarum rubearum ana M 2. bulliant in aqua q. s. ad consumptionem partis tertiæ.* optimæ diuertunt etiam clysteria, quale est: ℞. *centaurii minoris, Betonicæ, stœchados, chamomeli, pulegii, calamenti, fœniculi ana M. 1. Agarici ligati in petia ℨ 5. coquantur in aqua q. s. colaturæ ℞. ℔ 1. cui adde Hierologodii ℥ 1. mellis rosati colati, sachari rubei ana ℥ 2. Olei chamomeli: ℥ iij. Vitellorum oui num. 1. cum sale fiat Enema*: & subducatur aluus glande acutiore ex melli subacto cum speciebus hieræ compositæ & sale gemmæ.

Curatio fluxus alui. Si fluxus ventris supervenerit ex imbecillitate Epatis vuis passulis sistatur & sacchara rosato: Si ex ventriculi imbecillitate, syrupo de mastiche & emplastro de mastiche aut de crusta panis. Si vomitus fuerit superfluus, reprimatur syrupo de cidoniis, de mentha, miua cidoniorum, inunctionibus, Epithematis, Emplastris, cerotis, de quibus *supra* dictum est.

Superflui vomitus.

Rigoris & frigoris. Interdum tanto rigore vel frigore corpus concutitur in his febribus, vt per se ab hoc symptomate plus sit molestiæ & periculi, quam à morbo ipso; tunc ergo ante accessionem per horas duas totum ægri corpus fricetur accuratis pannis calidis, postea tempora, pulsus brachiorum & crurum, spina dorsi invngantur linimento Auicennæ calido; vt ℞. *Olei laurini* ℥ ij. *Vnguentum.* *bulliant in eo araneæ quam plurimæ cum modico vini maluatici, colatura vtere.* Vel si præcesserint iustæ euacuationes, detur ℨ 1. Theriacæ aut Mitridatii cum vino maluatico ante accessionem. Commendatur etiam puluis gentianæ cum aqua absynthii.

synthii. Hæc est curatio febris quotidianæ intermittentis, si sit à phlegmate naturali. In cæteris speciebus variari debet pro phlegmatis natura & discrimine; vt si sit phlegma salsum, adustum, instituatur diæta & curatio talis fere, qualis in tertiana notha exposita est, nisi quod aliquantulum ad adustionem etiam respici oportet. Si à phlegmate vitreo, calidiora sint omnia in diæta & medicamentis, sed minus sicca; attenuatione enim, incisione, abstersione, & apertione fortiori opus est. Si cum phlegmate mistus sit humor melancholicus, ad vtriusque naturam dirigatur medicatio mixtis inter se medicamentis proportione debita, quæ vtrinque conueniunt.



DE FEBRIBVS CONTINVIS.

CAPUT IX.

Continuæ febres incenduntur ab humoribus putrefactis intra venas & arterias, vel omnibus, vel aliquibus, iisq; aut cordi propinquis, aut à corde remotis, vt quæ inter alias inguina excurrunt, hæ incensæ semel eo vsque perseuerant, donec humores omnes vel suo aliquo vitio vel quod à natiuo calore destituuntur putredine obnoxii consumpti fuerint ac dissipati febrili incendio, aut quouis alio modo subacti & edomiti. Nec cito & facile febrile incendium in venis restinguitur eo, quod loci densitas & conclusorum humorum profunditas prohibet difflationem & continuitas massæ sanguineæ facit, vt necesse sit putredinem aut subito, aut

Differentia. paulatim in humores inquinatos & vitiosos omnes transilire ac diffundi. Harum febrium alia propria est febris, quæ morbi rationem habet. Inflammatur autem putredine humorum contentorum intra venas: alia symptomatica est, quæ visceris alicuius partisve putredinem consequitur, velut comes & ex ea dependet; sic quæ ex iecoris, lienis, renum, vel alterius visceris Erysipelate aut inflammatione exardescit τυφώδες; quæ ex aliarum partium inflammatione oboritur, ut πλέυρας in pleuritide, membranarum cerebri in phrenitide, φλογμωνῶδες dicitur. Sunt autem fere continuarum febrium prima duo genera; vnum earum, quas cum Hip-

Genera. pocrate Galenus vocat πυρετοὺς συνεχεῖς διακαεῖς, eo quod à principio vsq; ad finem eodem feruoris incendio perdurant nullo remissionis & excandescentiæ interuallo interrupto aut variato: Alterũ earum est febrium, quarũ incendiũ non quidẽ restinguitur aut cessat, vt fit in intermittentibus, remittit tamen ex interuallis certis & rursus exacerbata excandescit & insurgit vehemẽtius. Galenus has vocat συνεχεῖς οὐ διακαεῖς.

Primi generis febres focum putredinis habent in venis maioribus & cordi propioribus; Eam ob causam assiduo impulsu illisuq; putridorum halituum cor assidue oppugnatur ac deuritur eadem vehementia. Alterius generis febres focum putredinis habent in venis à corde longius dissitis. Etsi autem vtriusq; generis febres satis malignæ sint, propterea etiam compræhendantur sub genere τῶν κακοηθῶν: mitior tamen est posteriorum conditio, quam priorum

& discri-

& discrimina malignitatis auget, cũ humorum putrescentium copia vel malignitas, tum ratio putredinis. Idcirco Hippoc.& Galen. harũ alias ὀλεθρίους & κακοηθεστέρους, alias ἐπιεικεστέρους faciunt. Distinguuntur n. febrium continuarum species secundum humorum putrescentiũ discrimina, qui in venis non synceri & impermixti, neq; actu tales sunt, quales in Epate separantur, sed cũ sanguine confusi & δυνάμει tales constituunt massam sanguineã, quæ est quiddam ex quatuor distinctis humoribus & omnium sero conflatũ: sed interdum tamen alius humor alio copiosius redundat. Præterea alias singuli & vniuersi naturali conditioni propiores sunt, alias à naturæ suæ specie plus minusue degenerãt. Est vero & putredinis ratio in venis diuersa; alia n. mox in omnes venas vel saltem maximas simul diffunditur: alia ex vna aliqua parte incipiens paulatim progreditur & serpit in proximas, velut contagio quodam & infectione. Nulla tamẽ putredo, siue plures partes, siue vnã solam inuadat & occupet, vniuersam omniũ humorũ massã simul occupat, quia calor natiuus, donec reliquus est, natura actionem gubernãte semper, q̄ in massa humorum nutritioni conuenientissimum est, à vitioso separatum seruat; Sed cum massa sanguinea constet pluribus ac diuersis humoribus multo sero p̄fusis, semper putredo præhendit & corripit illos primũ, quos natura tãquã minime idoneos ad nutritionẽ & corruptioni maxime obnoxios primo relinquit ac destituit; ab his paulatim ad reliquos ꝑcedit, donec vitiosas partes omnes instar volitantis incẽdii nõ ꝑcurrerit tantũ, sed etiam deprauarit atq; consumpserit,

Massa sanguinea quomodo corrumpatur.

Idq; aut ſimul fit, aut paulatim pro redundantium humorum diuerſitate, ſemper tamen natura, quod optimum eſt puriſſimum & nutritioni conuenientiſſimum, ſeruat ac defendit, faciendo ſeparationem & permittendo cætera alieno calori. Ita cum aſſumptis vitioſis vniuerſus calor deflagrauit, remanet tamen in corpore ſanguis bonus, neq; exhauritur totus incendio febrili. Altera putredo eſt, cum in vna quapiam vena putredo incipit vel vitioſi ſanguinis, qui in ea magis, quam in aliis redundat, vel maioris obſtructionis ratione; inde vero paulatim procedit in reliquas venas nec ceſſat, niſi pervagata ſit vitioſum omne in toto venarum ambitu, eodem modo, quo in ſpecie priori, vt vitioſa tantum abſumantur.

Sympto-mata.

Hocgenus febrium diuerſa habet ſymptomata, provt his aliisve partibus principalibus focus putredinis propior eſt: aliis enim lumbi ingraueſcunt aut ardent; aliis præcordia torrentur æſtu & ſiti; aliis difficultas ineſt in anhelitu; alii deliquiis animi exercentur; alii cruciantur doloribus capitis, vigiliis, deliriis, Inde & inordinatæ febres fiunt & complicatæ κατ' ἐπιμιξίαν χυμῶν: Inordinatæ, cum vno humore depaſto putredo tranſilit in proxime redundantem: complicatæ, cum plures ac diuerſi humores ſimul à putredine obſidentur.

Differentia continuarũ ſecundum humores.

Synochus.

Quantum autem attinet ad humorum diſcrimina, diſcernuntur febres continuæ hoc modo. Prima earum ſpecies vocatur σύνοχος: ea duplex eſt; vna ſine putredine, χώρις σήψεως, quæ eſt ſimplex quædam inflamatio & efferueſcen-

Duplex.

tia

tia ſangninis, quam Ζέσιν & φλόγωσιν nominant; rarior eſt & iis fere accidit, qui habitu corporis ſunt temperate carnoſo, vel etiam paulo calidiore & humidiore, in quo redundat magna plethora. Hoc incendium fere ab initio vſq; ad finem vna acceſſione finitur & dies perſeuerat plures, eſtq; vnius modi, ſed diſcrimine triplici idcirco trifariam diſtinguitur. Vna eius ſpecies vocatur ὁμότονος; in qua toto tempore acceſſionis calor manet ſui ſimilis, tantum enim diſſipatur, quantum recens inflammatur: Altera ἐπακμαστικὴ vocatur, in qua calor continuo velut aſſenſu inualeſcit eo quod plus inflammatur, quam diſſipatur. Tertia vocatur παρακμαστικὴ, , in qua ab initio ſtatim calor diminuitur atque decreſcit eo quod plus diſſipatur, quam inflammatur; Ephemeris hæc cognata eſt & cauſas ac ſigna habet eadem. Cauſa præcipua eſt & frequentiſſima στέγνωσις, id eſt, coarctatio pororum cutis, quæ eſt vel πύκνωσις, id eſt, adſtrictior conſtipatio vel ἔμφραξις à copia humorum in magna plethora aut ab aliis cauſis.

1. Ex non putrefacto ſanguine.

Tunc enim detenti paulatim coaceruantur & aucti ſanguinem inflammant. Quod quando fit, facies præcipue incaleſcit ac rubet, laſſitudo diſtendens grauat ac defatigat articulos totius corporis, venæ ſanguine impletæ tument, tempora vehementer pulſant, caput dolet vel grauedine premitur, ſomnus profundus & veternoſus moleſtat, pulſus eſt magnus, velox frequens, plenus, cutis non aſpera eſt, aut ſqualida, ſed mollis, non acri, ſed blando calore perfuſa.

2. *Ex putrefacto.* Altera ſpecies ſynochi eſt ex ſanguine putrefacto. De putredine autem ſanguinis hoc conſiderandum eſt: dupliciter poſſe ſanguinem putrefieri. *Sanguis quotupliciter poſſit putrefieri.* Primo modo cum vi caloris partes tenuiores in bilem flauam, craſſiores in atrã vertuntur & hæc putredo corruptio verius eſt ſanguinis, è qua natæ febres bilioſæ aut melancholicæ euadunt. 1. 2. Altera putredo eſt, cum citra diuulſionem aut ſeparationem partium ſubtilium & craſſiorum aliqua pars totius maſſæ ſanguineæ, vt eſt ex quatuor humoribus conflata, corrumpitur, magno cum fætore & graueolentia perinde, vt fit in inflammationibus cum effuſus extra venas ſanguis putreſcit.

Huius febris differentia. Eſt autem & huius vnica acceſſio, quæ non ante miteſcit aut deſinit, quam ex toto ſoluatur. Sed triplici etiam conſtat diſcrimine: Vna namq; ὁμότονος eſt, cum vnus eſt modus putredinis & incendii ſeu caloris & tantum diſſipatur, quantum putreſcit. Secunda ἐπακμαστικὴ eſt, cum calor vna cum putredine inualeſcit & augeſcit. Tertia παρακμαστικὴ eſt, cum putredo & calor ſenſim diminuuntur.

Cauſa. Cauſas habet eaſdem, quas ſynochus abſque putredine, ſcil. plethoram & στέγνωσιν ſeu coarctationem cutis, ſed maiores ac validiores multo, ita vt non tantum feruorem ſimplicem, ſed etiam putredinem efficiant.

Cauſus. Altera ſpecies continuarũ febrium eſt συνόχῳ proxima, quæ καῦσος & ardens febris nominatur. Hanc Galenus moribus & gradibus malignitatis diſtinguit in ὀλέθριον & ἐπιεικέστερον, malitia humoris & putredinis, incendii magni-

tudine

tudine & putredinis loco ſeu vicinia ad cor. Incenditur autē ex ſanguine calidiore putreſcente intra venas prope cor; ita, vt cor ipſum & præcordia vehementer adurat, ſcil. ſi in ſanguine excrementum bilioſum, acre, feruidum plus redundarit, quam humores alii. Quod ſi ad tale incendium febris ardentis accedat tanta malignitas, vt interiores partes ipſaque viſcera vri videantur, extrema vero frigeant, ea febris λειπαρία vel λειπυρία dicetur. Accidit autem vel ob magnitudinem incendii in foco putredinis, vel ſi fortis inflammatio aut eryſipelas ſimul interiora obſederit: tunc enim ex toto corpore trahitur ſanguis ad locum affectum & extrema deſtituta calore ſpirituum & ſanguinis perfrigerantur. Loquitur de hac Hyppocrates 4. *Aph.* 48. *In febribus non intermittentibus ſi partes exteriores frigidæ ſunt, interiores vero vrantur, & ſitim habent lethale eſt.* Eſtque deterrima ardentium, in qua vehementia incendii inſtar cucurbitæ calor ex toto corpore reuulſus contrahitur introrſum ad locum affectum, vel incendii ſedem. *Eius cauſa.*

Si focus putredinis longius abſit à corde & ſanguis minus ſit tenuis, calidus & feruidus putreſcens, gignit tertianam continuam, quæ eſt è genere συνοχῶν οὐ διακαιῶν; Cum καῦσος & λειπυρία ſint è genere συνοχῶν διακαιῶν. Si in venis ſanguis fuerit pituitoſus, is putreſcens & ex putredine feruens continuam quotidianam: Si melancholicus quartanam continuam pariet, eo diſcrimine, quo dixi, vt in locis cordi vicinioribus incendium minus & magis aſſiduum *Tertiana continua.* *Quotidiana.*

Discrimen inter febres continuas & intermittentes.

in remotioribus remiſſius aliquanto & exintervallis ſeſe velut reprimens & incitans ſequatur. Notæ, quæ continuas ab intermittentibus diſcernunt, ſunt hæ. Nullo rigore, aut frigore aut egreſſo repente hominem adoriuntur, quia rigor intermittentium proprius eſt, ſicut teſtatur Hipp. 4. *Aphor.* 63. *Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.* Et Galenus *de differentiis febrium.* Quod ſi & hæ febres cum horrore inuaſerint & rigore, ſymptoma hoc ſimul multum vitioſi humoris circa præcordia hærere oſtendit. In pulſu maior eſt inæqualitas, quam pro caloris vehementia, cum cor & putredinis malignitate & incendii vicinitate afficiatur magis. Perdurant vltra horas 24. nec cum ſudore madoreue manifeſto deſinunt, nec ceſſant & ex interuallis recrudeſcunt, ſed eo vſque perſeuerant, donec incendium conſumpta materia vniuerſa deflagrarit.

Synochi notæ peculiares.

Synochus peculiares habet has notas. Calor, vt in omnibus ex ſanguine febribus, mitis apparet tactui, nihil habens rodens aut acre, vaporoſus, magis ac minus moleſtus. Pulſus maximus eſt, vehemens, celer, frequens, ſed æqualis, arteriæ conſtitutio nec durior, quam pro natura, nec mollior, ſyſtole tamen maior eſt quam diaſtole. Vrinæ craſſæ ſunt & rubicundæ & accidit non frigido temperamento ſed calidioribus, carnoſis, habitu ſolidiore & denſiore plethoricis & præceſſit ratio victus coaceruans ſanguinem. Vita ocioſa, defectus conſuetarum euacuationum, vt profluuii ſanguinis narium, hæmorrhoidum, menſium vel intermiſſio euacuatio-

cuationum consuetarum volũtariarum, vt sanguinis per phlebotomiam detractio.

Signa causi siue ardentis.

Καύσῳ hæ notæ sunt peculiares. Dolor & ardor capitis ingens, calor totius corporis manum pungens ac pene deurens. Vigiliæ, inquietudo corporis & iactatio assidua & indefessa, sitis inexplebilis, nigrities, ariditas & scabrities linguæ & palati cum sensu cuiusdam amaritudinis, spiratio difficilis, ac pene suffocans præcordia æstuantia paraphrosine, incendium perpetuum & vehementer vrgens. Vrinæ intense rubentes, aut ad multam flauedinem vergentes.

Continua tertiana.

In tertiana continua remissio est manifesta euidentiores etiam sunt motus exacerbationis, qui nullo præcedente rigore sese commouent & sine sudore mitescunt. Ceteræ notæ tertianæ continuæ cum καύσῳ communes sunt, sed multo in tertiana mitiores sunt, quam in κάυσῳ.

Quotidiana.

Continua quotidiana aut quartana si quando acciderit, accessionum ordine & typis à cæteris discernitur: Vtraq; enim sine horrore & frigore exacuitur & vicissim mitescit. Vtraque sine sudore, prior quotidie posterior quouis die quarto: Adsunt notæ putredinis, sed admodum obscuræ, nec pulsus ea celeritate, frequentia aut inæqualitate fertur, atq; in cæteris, neque vrinæ perinde flammeæ, aut rubicundæ sunt, etsi crassitiem habent insignem: nec comitatur eas tanta symptomatum sæuicia. His suffragantur natura, victus, consuetudo, habitus laborantis, tempus anni, constitutio cœli, quæ, qualis redundet in venis humor, testantur.

Cur simplices continuæ raræ. Raro autem vnus quispiam humor putrescit in venis, propterea simplices continuæ rariores sunt; complicatæ, confusæ, erraticæ frequentiores. Ex simplicibus tamen synochis καῦσος & tertianæ continuæ frequentius accidunt, quam quotidianæ, aut quartanæ.

Prognostica. Sunt autem in his febribus mala signa simulq; prognostica, quæ & harum febrium mores exprimunt & coniecturas præbent de exitu; illa, quæ ab Hippocrate traduntur in diuersis locis, *in Aphorismis, prognosticis & Epidemiis.* Ex his est rigor, si statim inter initia sese simul inferat:

Sic enim inquit Hipp. *4. Aph. 46. Si febre non intermittente rigor inuadat, ægro existente debili*, lethale est: si crebrius recurrat & vrgeat rigor: huius enim & causa mala est, quæ naturam iam antea languidam magis affligit: & signum malum, præsertim si nulla sequatur euacuatio. Si vero post antegressa coctionum signa in die decretorio rigor incidat, iudicare solet ardentes febres, bile ex qua exarserunt, expurgata, teste Hip. 4. *Aph. 58. Febre ardente laboranti si rigor superueniat, fit solutio.* Sed & signa decretoria, vt in *secundo Epidem.* apud Hip. & *in primo Crisium* apud Galenum traditur, inter initia morbi apparere non debent.

Item malum signum est in iisdem febribus, si ægri sint insomnes ac fastidiosi, grauiterq; augantur & si in fronte & clauiculis paululum sudent, præsertim si sudor fuerit frigidus: nam calidus sudor mox affore aut iam adesse syncopen ostendit in talibus febribus, Galeno teste in

in 1. prognoſt. De frigido ſudore notus eſt *aphoriſmus 37. partis 4. Frigidi ſudores cum acuta quidem febri mortem, cum mitiore autem morbi longitudinem ſignificant.* Sic & deliria magna & difficultas ſpirandi & timoris mœſtitiæque & extremarum partium refrigerationes malæ ſunt. De anhelitu & deliriis inquit; Hippoc. 4. *Aph.* 50. *In febre non intermittente difficultas ſpirandi & delirium, lethale eſt.* Eueniunt enim deliria cerebro à vehementi incendio læſo & ſpiritibus corruptis: timores exiſtunt & mæſtitiæ, quia deuſtione humores conuertuntur in bilem atram, quæ effumans mentem occupat. Extrema refrigerantur, vt dixi, quia ad interiora inflammatione obſeſſa ſanguis vniuerſus ab extremis recurrit, teſte Hippoc. 4. *Aphoriſm.* 48. quem *ſupra* citauimus. Item 7. *Aphoriſm.* 1. *In morbis acutis frigus partium extremarum malum.*

Si vero inſuper cum frigore liueſcant extrema, peſſimum argumentum eſt, eo, quod liuiditas mori extrema oſtendit, calore natiuo extincto. Sic ſi labrum, palpebra, vel ſupercilium, vel oculus, vel naſus peruertatur, vel non videat, vel non audiat æger, corpore iam exiſtente debili lethale eſt Hippoc. 4. *Aphoriſm.* 49.

Item; vrinæ nigræ, tenues, & paucæ, aluus durior, ſanguinis è naribus ſtillicidium alieno morbi tempore, lachrimæ inuoluntariæ malæ ſunt.

Item, *circa ventriculum fortis æſtus & cordis morſus ex Aphoriſm. 65. partis 4. & 67. eiusdem;*

Con-

Conuulsiones ac circa viscera dolores fortes & ex 68. *Aph. spiritus offendens & ex somno timores atq; conuulsiones seu labores.* Ita de excretionibus inquit Hipp. 47. *Aph. eiusdem partis, Excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, fœtidæ biliosæ omnes malæ.* Sed si prospere excernantur, id est, si coctio præcesserit & natura sit fortis & fiat euacuatio in die decretorio & sequatur alleuatio naturæ, bona sunt, siue per aluum, siue per vrinas fiant. Si vero aliquid eorum, quæ non conuenit excerni, per hæc loca excernatur, malum. Ita si in frigido aere vehementer se vri laborans queratur, plane lethale est, præsertim si coctionis signa absint & virtus sit inualida, teste Galeno 11. *Methodi.* Contra bona signa sunt & salutaria, si æger morbum facile ferat, si mente constet & bene se habeat ad ea, quæ offeruntur, aut parum deliret, si æstu sitiue non immodice angatur, si facile spiret, si sit absque fastidio, nisi nullus adsit dolor in partibus internis, si corpus sit æquabiliter calidum & molle non squalidum, tensum & rigidum, si lingua non sit admodum nigra, arida & aspera, si vrinæ & decoctiones nō multum discrepent à sanis, si somno leuentur & reficiantur ægri, si post signa coctionum in die aliquo critico sequatur profluuium sanguinis narium, aut sudor, aut excretio prospera per aluum, aut vrina, de qua *in Aph. præcitato* loquitur Hippocrates.

DE FEBRIS SYNOCHI CVRATIONE.
CAPVT X.

SYnochum putridã accendit, vt dixi, putredo partis alicuius massæ sanguineæ infra venas maiores, in qua æquabiliter redundant omnes humores, citra tamen separationem partium subtilium à crassioribus. Putredinis causa est prohibita transpiratio, vel propter obstructionem vel propter coarctationẽ meatuum & pororum corporis. Causa obstructionum est vel sola plethora, vel cum plethora humores crassi & lenti intus, foris vero aliquid, quod astringit & constipat corpus. *Putredinis causa.* *Obstructionis.*

Tota ergo curatio consistit in plethoræ diminutione, obstructionum apertione & repressione feruoris massæ sanguineæ: His enim sublatis & putredo tollitur & restinguitur incendium febrile. Tota ergo diætæ ratio sit tenuis, nec augeat sanguinem. Æër declinet ad frigiditatem & siccitatem, conclaue irroretur aqua frigida, vel aqua rosarum, violarum, nympheæ, aceto vel similibus, quibus aliquid sandalorum & camphoræ addi possunt ad cordis confortationem, vel pauimentum insternatur floribus & foliis rosarum, violarum, salicum, ficuũ, nympheæ: vel conficiatur ægro pomum odoratum ex floribus Nympheæ, rosarum, violarũ, sandalis albis & rubeis camphora &c. addito modico ceræ & olei rosati. Sit & victus frigidior & siccior, absque tamen insigni astrictione & simul tenuis, vt dixi. Quare vitanda sunt & quæ sanguinem multiplicant vt oua, *Curatio.* *Diata.*

carnes, vina, dulcia omnia, & quæ facile putrefcunt, vt poma, pyra, perfica, melones, citrulli, olera putredini obnoxia & quæ aftringunt, vt cydonia, carnes affatæ & alia. Laudantur autem fercula ex lentibus decorticatis in iure pulli, cum aceto, panis lotus decoctus in iure pulli aut maceratio in vino Granatorum: Item hordeum fractum decoctum in iure pulli aut ptifana hordeacea. Item Endiuia, lactuca, fpinachia decocta in aqua fimplici, aut iure pulli cum modico aceti vel vini Granatorum: laudantur & amygdalæ, fi prius per quinq; aut fex horas fint in aqua calida maceratæ & agitatæ, quia calor extrahit pinguedinem, quæ adftrictiones efficit, & caput lædit &c. Delicatis & quibus vires funt imbecilles, conceduntur carnes pullorum cum endiuia, acetofa, lactuca, fucco Limonum vel arantiorum. Conceduntur & cerafa acida bene matura & arantia acida

Potus. & lactuca cum aceto. In potu laudatur aqua frigida, de qua poftea dicemus vel huius loco vinum granatorum vel Iulepus violarum; cum aqua Endiuiæ aut aqua hordei non multæ decoctionis aut decoctum lentium cum vino granatorum, aut Iulepus violarum: Vel:

℞. *Sem. Endiuiæ, Plantaginis, Lactucæ Acetofæ ana* ℥ ij. *decoquantur in f. q. aquæ: Colatura condiatur vino granatorum aut Iulepo Violarum, aut fi aluus fit laxior, Iulepo Rofarum.* Vitentur omnia actu vel potentia calida: In noftris tamen regionibus confideretur diligenter temperamentum ægri, victus ratio, quæ præceffit confuetudo, regio, tempus anni &c.

Enema. Medicationis initium fit ab alui lenitione cum

cum enemate vel medicamento aluum subducente; vt, ℞. *Foliorum Maluæ, Violarum, semperuio, solatri, Bursæ pastoris, Hordei ana M. i. Fiat decoctio in s. q. aquæ; Colat.* ℞. ℥ v. *adde Caßiæ* ℥ j. *Olei viol.* ℥ iij. *Sach. rub.* ℥ j ß. *vitell. oui* j. *Salis* ʒ j. *misce. fiat Enema.* Vel: ℞. *Flor. Caßiæ recens extractæ* ℥ j. *aut mannæ electæ* ℥ j. ß. *pulpæ tamarindorum* ℥ ß. *Cum Sacch. fiat bolus: Vel his dissolutis in decoction. comm. fiat potio.* A solutione ventris mox adhibeatur phlebotomia, quæ optima & in hoc casu conuenientissima est. Aperiatur autem vel interna cubiti dextri vena, vel communis vena, quæ euacuat pariter à superioribus & inferioribus & educatur sanguis multus pro ætatis, virium, plenitudinis ratione, non tamen vna vice, nisi accedat periculum inflammationis alicuius in corpore, aut apoplexiæ; Tunc enim sanguis mittatur vsque ad lypothymiam, alioquin duabus potius, aut tribus uicibus, mane & vesperi κατ' ἐπαφαίρεσιν sanguis emittatur. Si nausea affuerit, vomitus prouocetur ante sanguinis missionem cum aceto & aqua tepida. Si venæ latuerint, vt inueniri nequeant, cucurbitis ad nates defixis cum iterato scarificatu ac profundo multus sanguis proliciatur, vel aperiantur hæmorrhoides, mulieribus in suppressione mensium primum saphena mane, deinde vesperi interna vel media brachii secetur. Post talem euacuationem æquetur substantia sanguinis, si tenuis fuerit, cũ iis, quæ densant; vt:

Bolus. *Vena sectio.* *Sanguinis æquatio.* *Haustus.*

℞. *Succi limonum, Granatorum, ana* ℥ j *aquar. acetosæ, rosarum, plantag. ana* ℥ j. *Mis. fiat haustus.*

Si cras-

Si crassior fuerit, cum attenuantibus; vt ℞. *Syrupi acetosi simpl. oxysacchara ana* ℥ j. *aquæ Endiuiæ hordei ana* ℥ j. ß. Postea euacuatio fiat multis, quæ biliosum & feruidum sanguinem educunt; vt cum cassia, Manna & Rhabarbara: vt ℞. *diaprunis lenitiui* ʒ vi. *Elect. de succo-rosar.* ʒ iij. *cum decoct. florum & fructuum cordialium & pectoralium fiat haustus.* Putredo & feruor reprimatur cum decoctione lentium & earum esu: Condiantur autem aceto quod cibis & medicinis omnibus in his febribus misceatur. Iubeant etiam extingui feruorem vehementi infrigidatione. Ideo inter Medicos omnes conuenit de potu aquæ frigidæ, nisi quid prohibeat, vt frigiditas stomachi: imbecillitas epatis, apostema aut dolor in visceribus, natiui caloris debilitas, obstructio ab humoribus crassis & glutinosis; Consuetudinem in hoc casu non est quod curemus; vel loco aquæ frigidæ exhibeantur aquæ acetosæ, portulacæ, hordei lentium. Tandem & mēbra confortentur cū trochiscis de Camphora, de spodio, vel ℞. *specier. diarrhodon abbatis Diatrion Sandalon ana* ʒ ij. *Conseru. acetositatis citri* ℥ ij. *misce* & detur cum aqua Endiuiæ. Corpus totum stomacho ieiuno fricetur pannis calidis, vt aperiantur pori.

Frigida potum prohibentia.

In Synocho sine putredine sufficit sanguinis emissio & exæquatio cum potu aquæ frigidæ & prædicta ratione victus.

Curatio synochi sine putredine.

In continuis ardentibus, quæ biliosæ sunt, victus ratio declinet ad frigiditatem, & humiditatem, sitque tenuis & morbo augescente in dies minuatur pro ratione longitudinis vel breuitatis

Curatio ardentis.

Diata.

uitatis morbi vſq; ad vigorem, quo morbi tempore victus ſit tenuiſſimus ſecundum Hipp. ſemper tamen habeatur ratio ætatis & virium: His enim diætam attemperari oportet, ne ob nimis tenuem diætam vires excluſæ deficiant & concidant. Nam & ſecundum Hip. *Si quis in diæta error committitur, maior in tenuiore, quum in paulo pleniore victu committetur.* Laudatur ergo panis, lotus in iure pulli aut decoctus cum iure pulli, aut liquor contuſarum pulli carnium & expreſſarum aut hordeacea, aut auenatum. Decoquantur autem cum carnibus pulli herbæ alterantes, vt ſunt Endiuia, lactuca, acetoſa, plantago, ſpinachia, malua, portulaca bugloſſa: Item ſemina quatuor frigida maiora. Si pleniore victu opus fuerit, licebit accedere ad carnes gallinarum, caponum, perdicum, phaſianorum, turdorum: Et præter prædictas herbas addi poſſunt condimenti loco citrangula, limones, Mala punica &c. Potus ſit, vt in ſynocho dictum eſt, vinum granatorum, ſuccus acetoſitatis citri, aqua hordei paucæ decoctionis, aquæ Endiuiæ, plantaginis, acetoſæ, lactucæ, conditum vini granatorum aut iulepus violarum.

Sect. 1. Aph. 5 — *Potus.*

Quantum ad medicamenta attinet, principio leniatur aluus enemate, vel potione. Vt ℞. *Maluæ, Violarum, Bliti, Lactucæ ana M j. Hordei excorticati M. 2. Bulliant in ſ. q aquæ ad conſumpt. Medietatis, Colatura* ℞. ℔ *1. Sachari rubri* ℥ *2. Olei violacei* ℥ iij. *Salis* ʒ. ij. *Vitell. oui num.* 1. *addatur*, ſi fuerit opus, *Caßiæ extractæ* ℥ j. *fiat Enema.* Vel ℞. *Carnium prunor. Damaſcen. an. num.* x. *tamarindorum* ℥ ß. *Iuiubarum, Sebeſten ana num.* x. *Paſſularum enucleat;*

Enema. — *Potio.*

enucleat: ℥ß. *Quatuor flor. Cordial. ana* ℥ ij. *fiat decoct. In colat. dissol. Mannæ electæ* ℥ ij. *vel caßiæ recens tractæ* ℥ j. *fiat haustus*. Postea aperiatur vena basilica dextri brachii vel media vena eoq; tutius & copiosius sanguis extrahatur, quo magis consenserint ætas, temperamentum, tumor & rubor faciei, oculorum inflatio cum rubedine, venæ tumentes & extantes, caliditas totius corporis. Si corpus fuerit biliosum & gracile, paucus emittatur sanguis. Reliqua curatio dirigatur ad alterationem & euacuationem humoris calidi & sicci & restinctionẽ incendii febrilis. Si materia turgeat, statim fiat euacuatio in initio; si non turgeat & cruda sit, coquatur prius, ad quem vsum conducunt Syrupus Viol. de Endiuia, de succo Endiuiæ, acetosus simplex, de succo acetosæ, oxysacharum cum aquis plantarum Endiuiæ, lactucæ, acetosæ, borraginis. Materia bene præparata fiat euacuatio cum cassia, Manna, Rhabarbara, Electuar. de diapruno lenit: diaprun: solutiu, Elect. rosato, vt: ℞. *Diaprun. lenit. diaprun. solutiu. elect. rosat. vt*: ℞. *Diap. lenitiui* ℥ j. *Elect. rosati* ʒ iij. ß. *Dissol. in decoct. communi facta in aqua Endiuiæ.* Delicatioribus infusio Rhabarbari exhibeatur, in qua dissoluatur Manna electa. Si his peractis adhuc instet & perseueret febris, iterentur præparantia, sed his inferantur, quæ fortius aperiũt, vt est Syrupus Byzantius. Post euacuationem laudantur, quæ restinguunt incendium febrile & alterant intemperiem cordis. commendatur ergo potus aquæ frigidæ, iis conditionibus, quibus dixi, cuius loco vsurpari possunt syrupi & aquæ *supra* dictæ. Idem efficiatur aliis etiam medicamentis intus

Vena sectio.

Potio euacuans.

&

& foris vt Epithematis & vnctionibus ad cor, e-
par & ſpinam. Itē Clyſteribus infrigidantibus,
quale eſt; ℞. *Lactucæ, portulacæ, ſemper viui, Violar.*
Maluæ Hordei ana M. 1. decoquantur: Colat. ℞. ℔ j.
in qua diſſol. Olei viol ℥ 4. *Mellis viol.* ℥ 2. *caßiæ recens*
tractæ ℥. j. *cum modico ſalis & vitello oui fiat* Enema.
Cordi & pulſibus tale applicari poteſt Epithe-
ma: ℞. *aq. Nymphea, Acetoſæ, ſemperuiui, Roſarū, Vio-* *Epithema*
larū, Bugl ana ℥ 4. *Aceti* ℥ 2. *ſpecierū cordialiū pro Epi-* *cordiale.*
themate cordis ℥ ß. *Croci, Camphoræ an.* ℈ ß. *vini albi*
odorif. ℥ j. ß. Miſce. Vel inūgatur pectus tali lini-
mento: ℞. *Mucillaginis ſem. lini olei viol. vnguenti* *Vnguentum.*
roſati meſuæ: Vng. infrigidantis Galeni, ſucci lactucæ
ana ℥ ß. *obducantur in mortario plumbeo, donec coeant*
in linimenti formam, addendo ſucci limonū ℥ 2. *cam-*
phoræ ℈ ß. Epithema ad iecur: ℞. *aquar. Solatri,*
Roſar. Nymph. Semperuiui, Lactucæ, Endiu. ana ℥ 4. *Epithema*
Aq. Abſynth. ℥ 3. *Sandalorum, Roſar. rub. ſpodii ana* ℥ j. *epaticum.*
Camphoræ ℈ ß. *Aceti* ℥ 2. *Miſce* & applica cum pe-
tiis lineis. Valent in hoc genere vnguenta etiam,
vt Roſatum, Sandalinū, Infrigidans Galeni. Ea-
dem & renibus etiam applicari poſſunt. Cum a. *Somnum re-*
vigiliæ moleſtæ ſint in his febribus ardentibus *concilian-*
prouocari poteſt ſomnus lotionibus pedum, in- *tia.*
vnctionibus, medicamentis & ſimilibus: vt; ℞.
Lactucæ. Violarū, Portulacæ, Florū Nymphea, ſemper vi- *Lotio pe-*
ui, cortic. Mādragore, foliorū vitium Salicum ana M 1. *dum.*
ß. *capitum papaueris albi cum ſem. nu.* 24. Et ſi fortio-
re ſit ſomni prouocatione opus adde, *ſem. Hyo-*
ſcyani albi ℥ ß. *bulliāt in aq. q. ſ.* Hoc pedes abluan-
tur quolibet die bis, vel; ℞. *vngu. populeonis, olei*
de nymph. ana ℥ ß. *Opii, croci ana gr.* 5. *Miſce. vel* ℞. E-
lectuarii ſupradicti ex conſeruis, Roſar. viol. Nymp *ſpec.*

cordialibus ex Syr. acetoſ. citri & adde *his elect. dia papaueris*, vel loco ſyrupi acetoſitatis citrii vſurpetur ſæpe de papau: Inde fiat electuarium, cuius ante ſomnum exhibeatur quantitas nucis caſtaneæ.

DE SYMPTOMATICIS FEBRIBVS.

CAP. XI.

Febres ſymptomaticæ quæ:

ETſi nullæ febres ſymptomatibus carent, tamē Symptomaticæ vocantur illæ proprie, q̃ ſymptomata afferunt & commouent tā ſæua, vt hæc vim & rationem cauſarum induant, nec minorem attentionem & curam requirunt, quam febres ipſæ & earum cauſæ & niſi mitigentur, naturam vel defatigatam, vel diſſolutam citius proſternunt, quam febres ipſæ. Talia ſymptomata ſunt, quorum aliqua & quidem præcipua Galenus ordine hic recenſet, vt affectio oſculi ventriculi ab humiditatibus crudis, cibi faſtidium, nauſea, vomitus, alui profluuium, ſingultus, ſitis intenſa, linguæ aciditas, ſcabrities ex aduſtione, lentor & linguæ & faucium ex illitione & velut incruſtatione phegmatis glutinoſi ac lenti, quod ob febrilem calorem magis lenteſcit, deprauatio guſtus, ſyncope, deliquium, Æſtus intolerabilis, corporis iactatio inordinata ac velut concuſſio, lumborum grauitas, capitis dolor, Vigiliæ, Somnus profundus, conuulſio, delirium. In intermittentibus præſertim tertianis & quartanis, vehementia rigoris & exuperans ſudor. Hæc ſymptomata in febribus interdum eo vſque inualeſcunt, vt Medico

Symptomata febrium.

Medico necesse sit simul ad morbũ & symptomata respicere, ita tamen, vt illi prius occurrat & medeatur, quod magis vrget, altero tamen non neglecto. Cum ergo peculiarem quandoq; curationem exigant, causas explicari illorum necesse est proximas & immediatas. Nam non omnia hæc symptomata ad solã vel putredinis magnitudinem, vel incendii febrilis vehementiam sequuntur, sed ex aliis etiam nascuntur causis, quæ febres vel antecesserunt, vel simul incidunt, vel à febribus cientur, alias ex alia ratione, sed fere ex causa aliqua antegressa. *Symptomatum causæ & curationes.*

Crudorum ergo humorum copia, à qua Galenus orditur, vel à cibis existit viciosis multis, inordinate assumptis, quæ vel ab aliis causis, quæ coctionem longo tempore impedierunt (vt ab otio, exercitiis intempestiuis, lotionibus à cibo) vel à ventriculi imbecillitate, raro sunt tales humores à defluxu crudæ ac vitiosæ pituitæ. Si ergo sine plethorica corporis constitutione aliquis corripiatur febre propter insignem cruditatem, osculo ventriculi à crudis humoribus admorso & compresso, læsis etiam partibus aliis, si vomitu reiiciantur crudi humores, iubet Galenus non prius euacuationem tentare cruditatis totius corporis, nisi prius osculum ventriculi sit roboratum, quod fiet si ab humoribus liberabitur crudis & iis roborabitur, quæ virtutem stomachi conseruant. *Crudorum humorum.*

Sitis intensæ causæ sunt crebrius in interiore ventriculi tunica, vel calore desiccata, vel bilioso & acri vitiosoque humore imbuta siue de putredine talis sit, siue ab adustione aut alio *Intensæ sitis.*

aliquo vitio, tarius ab æstu totius corporis, cum à ventriculo longius absit. Interdum est sitis à calida Epatis intemperie, sed tamen sæua non est vt illa, quam ciet vẽtriculi intemperies. Quæ vero à sola est tẽperie sitis seu ventriculi, seu Epatis, potu frigido restinguitur. Quæ ab humore imbibito fibris interioris tunicæ, nõ sedatur potu, nec cessat sine humore expurgato & expresso.

Gustus deprauati.

Gustus deprauatur vel ab amara bile è uentriculo exæstuãte, vel à corrupti humoris substantia, aut vapore, si linguã is occupat & inquinat.

Fastidii cibi.

Cibi fastidium vel præcedit, vel sequitur febres. Cietur a. à quocunq; vitioso humore vel habitu, qui aut in ipso ventriculo natus aut aliunde appulsus, siue ex toto corpore, siue ex partibus fiat regurgitatio, siue defluat à capite & in ipsas sese ingerat & insinuet tunicas, aut osculorum obsidet, qualitate sola aut copia aut malignitate substantiæ corruptæ.

Nausea & vomitus.

Nausea & vomitus causam habent humorem, halitum vel qualitatem vitiosam, quæ alias laxant & emolliunt ventriculum humiditate vt pituita, alias extimulant expultricem copia aut acrimonia, vt bilis flaua, vel vitellina, vel æruginosa: alias qualitate & substantiæ malignitate infestant atq; opprimunt stomachum, vt in febribus malignis & pestilentibus. Si ergo vel in ore ventriculi, vel in tunicis infixum hæreat aliquid, quod excuti nequeat, repleto eodem vomitum ciet, si infixa materia non sit, sed vel natet in ventriculo, vel etiam aliunde deferatur vomitum itidem commouet humoris alias biliosi alias pituitosi.

Sin-

Singultum exinanitione fieri, vel repletione, vt conuulsionem Hipp. autor est. Hic si ad ardentes & acutas & longas etiam febres consequatur, corpore extenuato lethalis est; alias causam habet humoris corrupti acrimoniam vel malignitatem, scilicet si tunicis alte insederit easque pungat & vellicet; si non insederit vomitum parit, vel animi deliquium, præsertim si ad osculum repat. *Singultus. Sect. 6. Aph. 39.*

Diarrhœa seu alui profluuium, cum vnus aliquis humor purus syncerusue, aut plures mixti atq; confusi inter se excernuntur, alias ex ventriculo, epate, liene, capite; alias ex totius corporis habitu originem habet; Et nonnunquam symptomatis rationem habet, nonnunquam critice oritur. Illa vero species diarrhœæ, quæ ex colliquatione existit cum quod egeritur, pingue cernitur, ac si adipe, vel oleo perfusum esset, oritur ex dissoluta substantia, vel concreta pinguedinis, carnium vel solidarum etiam partium, estq; lethalis & fere ad malignas ardentes & pestilentes febres sequitur. *Diarrhœa.*

Lienteria vero nonnunquam etiam febribus succedit, vt vomitus, ventriculo irritato à copia, acrimonia vel malignitate humorum, aut vaporum, vt complecti cibos eo vsq; nequeat, donec percoquat, sed ad expulsionem excitat, quæ mox reiicit eos, aut sursum, & tunc vomitus fiet; aut deorsum, & tunc sequitur lienteria. *Lienteria.*

Linguæ ariditas aliquando sine siti est, vt in iis, qui hiante ore dormiunt, aliquando efficitur ab immodico æstu & à calido & acri vapore, qui à ventriculo, vel Epate vel mesenterio, vbi putredinis focus est, in fauces, os & pala- *Linguæ ariditatis.*

tum effumat. Huius interdum tanta est vehementia, vt linguam non tumefaciat tantum, sed deurat etiam, exasperet ac findat & scabritiem vel solam vel rimosam pariat, perinde vt ab æstiuis ardoribus terra dissecatur. Quod si vel ex ventriculo halitus pituitosi copia maior exudarit in fauces, vel pituita copiosior eodem decubuerit, hæc calore febrili velut vstulata, coit, crassescit & lentescit perinde, vt absumpto liquore in paludibus, lutum æstu lentescit, faucesque, palatum, gurgulionem glandulasque ita obducit atque incrustat, vt nisi mature abstergatur, deglutitionem impediat & periculum suffocationis afferat.

DE FEBRIBVS HECTICIS.

CAP. XII.

DE syncopali febre prolixe & accurate tractauit in *hoc primo libro ad Glauconem* Galenus, cui cum addi nihil admodum possit, progrediemur ad curationem febrium reliquarum. absoluimus autem hactenus exquisitas seu simplices & nothas, quas commixti inter se humores plures iique diuersi ac putrescentes accendunt. Ex vtrisque fit etiam manifesta curatio complexarum febrium. Restant igitur Hecticæ, quæ sic vocantur, *quod in habitu, id est, cordis substantia, non spiritibus solis, aut humoribus calor primum ac per sese hareat, sitq; velut infixus ac mox inde reliquarum etiam partium similarium substantiam inuadat & obsideat.* Est enim cuiuslibet similaris partis substantia triplex I. Solida seu terrea, II. Hu-

Hectica vnde dicantur.

Partium similarium substantia quotuplex.

II. Humida, III. Spirituosa. Humida rursum triplex est; Primogenia seu radicalis, quæ est aerea & immediate continet & vehit calorem innatum & spiritus, seu est ipsa caloris natiui substantia, id est, humiditas insita partium substantiæ, pinguis aura ex semine propagata calore & spiritibus perfusa. Altera Aquea est, quæ velut gluten partes siccas coniungit atque connectit ne dissipentur. Tertia acquisita est seu nutrimentalis, cuius origo initio est ex menstruo, deinceps ex sanguine nutriente & augente, estq; velut concretus humor & intextus atq; circumuulsus ipsis solidis partibus & caro vocatur, in musculis, in visceribus παρέγχυμα, cuius humoris, dum concrescit, superfluum in pinguedinem concrescit. *Humidum quotuplex.*

Sunt ergo gradus, vt siccitatis, ita febrium hecticarum. Primus gradus est, cum calor depascitur humidum destinatum nutritioni siue iam effusum sit ex venis, siue adhuc hæreat in extremitatibus venarum extremarum. Alter est gradus, cum calor procedit in acquisitum nutrimentale humidum partium solidarum seu concretam substantiam carnosam inuadit, atq; depascitur & depopulatur. Tertius gradus, cum hoc acquisito humido absumpto calor febrilis adoritur ipsum etiam insitum humidum, idq; lambit paulatim & absumit, quo deficiente simul extinguitur natiuus calor. Hæc tertia hecticæ species μάρασμος & μαρασμώδης ἑκτικὸς dicitur, cognoscitur facilime curatur nunquam. *Febrium hecticarum gradus.* 1. 2. 3.

Primus Hecticæ gradus cognoscitur difficilime curatur facilime. Medius quo tertio gradui

propior est, eo cognitionem facilius, curationem difficilius admittit, *Humidum enim radicale cum ex semine fit, instaurari, si deficiat, non potest.* Reliquum acquisitum humidum cum sit ex sanguine, instaurari potest.

Caloris acceptio duplex.
Humidum quotuplex.

Calor intelligitur dupliciter, de substantia & qualitate; de substantia intelligit Hipp. cum dicit, Infantes habere multum caloris innati. Partes solidæ tantum sunt ex semine, postea accipiunt augmentum & nutrimentum ab humido nutrimentali, hoc est, à sanguine menstruo, vel nutrienti. Hoc humidum non ingreditur substantiam partium; Ergo ab hoc distinguendum est humidum insitum, quod ex semine, aereum, pingue, oleagineum pabulum caloris natiui. Alterum aqueum est, quod veluti glutinum est partes terreas conglutinans. Tertium est humidum nutrimentale seu acquisitum, hoc est velut accretum humidum à menstruo & nutriente sanguine, hoc humidum auget & nutrit molem partium solidarum. Interdum autem non tantum à febrili calore, sed paulatim ætate aduentitium seu nutrimentale humidum consumitur, succeditq; hectica sine febre, sine dolore & sine sensu caloris atq; adaugescens tandem ad marasmum seu marcorem perducit, quem nominant hecticam senectutis, Arist. recte μάρανσιν vocat, etiam in arboribus, quæ ætate desiccatæ extabescunt. Causa huius marcoris est à defectu caloris natiui, qui ex indigentia conuenientis pabuli paulatim minuitur & elanguescit, donec prorsus tandem extinguatur.

Hectica senectutis.

Causa.

Omnis

Omnis autem Hectica aut ſtatim ab initio inuadit ſponte ſua aut ſuccedit aliis antegreſſis ſeu febribus, ſeu inflammationibus, ſeu vlceribus viſcerum. Ego noui quendam, qui ſic eſt extinctus: habuit apoſtema in exteriore tunica ventriculi, quod cum eſſet ruptum, relinquebatur vlcus, ſequebatur ergo calor naturalis etiam ratione putredinis; ſicq; moriuntur, quibus datum eſt venenum, vt adamas in puluerem contritus; erodit enim & conſumit, ita vt impoſſibile ſit eum auelli vllo medicamento, nullo veneno vtuntur Itali frequentius.

Quo veneno Itali frequentius vtantur.

Quæ aliis ſuccedunt, aut ad Ephemeras, aut ad putridas febres, aut ad inflammationes aut vlcera iecoris, lienis, vẽtriculi pulmonũ, (ſicut hoc anno Imperator Ferdinandus extinctus eſt vlcere pulmonum, quod eſt conſecuta tabes vt patuit in ſectione) thoracis, renum & inteſtinorum.

Omnes itaque hecticæ differunt inter ſe & gradibus ſiccitatis & cauſis efficientibus. De differentiis ſecundum gradus ſiccitatis dictum eſt. Quantum vero attinet ad cauſas efficientes quæ ſtatim ab initio præhendunt, cientur à cauſis procatarcticis, aut ab Ephemeris, quas etiam ſolæ cauſæ procatarcticæ accendunt, vt ſunt iracundia, æſtus, labor, ſitis, inedia, vigiliæ, vehemens intentio animi. Hæ enim cauſæ ſi leuiores ſint, Ephemeram; ſi vehementiores, hecticam infligunt calore alieno in ipſam ſubſtantiam partium ſolidarum impreſſo: & hæ ſimpliciores ſunt reliquis.

Hecticarum differentia vnde. Differentia à cauſis efficientibus.

Altera differentia earum eſt hecticarum, quæ vel

vel intermittentes putridas simplices, aut compositas, vel acutas ardentesque putridas excipiunt, & rursus vel solum illis desinentibus infestant, vel præsentibus illis copulantur. Fiunt autem, cum incendium in putridis vehemens habitusq; ægrotantis calidior natura & siccior fuerit, aut si sit inedia, siti, vel aliis causis emaciatus. Quæ ardentes & acutas sequuntur, συντακτικοὶ πυρετοὶ, id est, colliquantes febres euadunt, pinguedine carnosaque solidarum partium substantia vi caloris eliquescente ac de-
3. fluente, præsertim in habitu carnosiore. Tertia differentia hecticarum est, quæ ex partis alicuius intensæ affectione nascitur, vt ex Iecinoris, lienis, pulmonum, thoracis, renum vel intestinorum inflammatione, præsertim si quod relinquitur post accessum, vlcus euadat purulẽtum. Sed hæ postremæ differentiæ simplices non sunt, sed compositæ, seu verius symptomata seu prægressus febrium vel inflammationum aut vlcerum. Veruntamen cum morbi rationem videant siue putridæ adsint siue discesserint, curationem exigunt peculiarem, quæ si negligatur, corpus cito in marcorem incurabilem delabitur.

Signa hectica incipientu. Signa hæcticæ incipientis sunt, quod causæ procatarcticæ vehementes antecesserunt, & si Ephemera periodo completa perseueret febris æqualis citra insigne vel augmentum, vel decrementum caloris, nullus dolor, nulla insignis à calore molestia percipitur imo vix febrire æger sese sentit, sed vitium adest magna imbecillitas cum quodam corporis languore, tangenti calor

lor primum blandus atque mitis, mox acer & mordax apparet; Pulſus paruus, debilis & frequens eſt: Partes vicinæ illi loco, ad quem ictus arteriæ exploratur, magis calent, quam reliquæ, Hora vna vel duabus à cibo ſumpto calor ingraueſcit, præſertim circa pectus, pulſus citatiores & crebriores euadunt; cibo confecto redeunt & calor & pulſus ad priſtinam æqualitatem. Hoc eſt infallibile ſignum. Sicut enim cum in calcem viuam aqua inſpergitur, tunc calx efferueſcit & calorem fortiorem edit, à quo ferue-facta magnam halituum copiam emittit; Ita in illis corporibus cum additur humidum, nutrimentale reſoluitur à calore præternaturali in halitus & propellitur ad extremitates arteriarum, inde loca circa pulſum & pectus magis calent.

Secundi generis hecticæ ſigna ſunt, Cum præter ſuperiora ſiccitate augeſcente corpus manifeſte abſumitur ac reſoluitur; vrinæ innatat pinguedo ſimilis telis aranearum, pulſus fit durus ac tenſus, multo debilior & minor, quam antea; cutis fit rigoſa, aſpera & ſqualida. *Signa hecticæ gradus ſecundi.*

Tertii gradus ſigna ſunt, cum abſumpta carne epotoque humido omni oculi excauantur & ſqualore deformantur circumcirca, collabuntur tempora; vrinis inſunt petala vel pitida; extant ac prominent oſſa; frons dura fit intenta arida: palpebræ rigent vt contrahi nequeant conniuentibus inter dorminendum oculis, facies ſqualida fit ac plumbea, color liuidus, venter emaciatur ac contrahitur, reliquum corpus omne ita emaciatur, vt vix oſſibus hæreat, *Tertii.*

reat, intenta & arida cute obductis; pulsus durus est, paruus, debilis & frequens.

Hectica curatio.

Etsi omnium hecticarum curatio difficilis sit, vbi tempus principii præteriit teste Galeno *lib.1. de differ. feb. c.* 8. *&* 9. Illæ tamen, quæ intra primum siccitatis gradum sese continent, certiorem spem conualescentiæ præbent: nam si ad tabem peruenerint, desperata prorsus curatio censetur: Quæ medio loco est, tanto plus exhibet difficultatis, quanto tabi seu marcori propior erit. Caput autem curationis hecticæ simplicis consistit, vt refrigeratione & humectatione præsertim primæ speciei: reliquæ differentiæ simul instaurationem illius humidi, quod absumptum iam à calore atq; depastum est, exigunt, quam quo vsque sese desiccatio intra humidi nutrimentalis & carnosæ substantiæ limites continuerit, cum reparari illa ex sanguine possunt, eo vsque conualescentiæ spes aliqua superest: sed si calor his absumptis in solidam peruaserit & penetrarit substantiam & radicale humidum depopulari cœperit, actum est, restitui enim nec solida substantia, nec primogenium & insitum humidum possunt. Euacuatione nulla opus est cum vi, cum sit in membris, non in humoribus, & euacuationes siccitatem augeant.

Diatâ.

Aër itaq; eligatur vel arte comparetur frigidiusculus & humidus, qualis est orientalis aut etiam septentrionalis ad fontes & riuulos: in conclaui temperetur aer aqua frigida, rosis, violis, floribus & foliis Nympheæ, foliis salicum, capreolis vitium, summitatibus ruborum & simili-

milibus, Vitentur omnia, quæ augent calorem & siccitatem, vt sunt venti sicciores, calidiora ex igne conclauia, nimiæ euacuationes, nimiæ itidem repletiones, quibus calor natiuus per se languidus obtunditur atque obruitur. Etiam lusus veneris, vigiliæ, corporis & animi motus nimii, Somnus vel moderatus sit, vel paulo longior; Is enim suauiter corpus humectat & reficit humidum, qꝺ defluxit. Quærantur animi oblectationes & relaxationes. Cibus exhibeatur in vniuersum frigidus & humidus, vt boni succi & facilis coctionis, nec largo cibo vna vice, sed modico & per interualla vtatur crebrius æger. Cibi sint carnes pullorũ, agnorũ, hædorũ, paruarum auium montanarum decoctæ cum foliis lactucæ, Endiuiæ, scariolæ, seminibus papaueris. Et ex his carnibus fiat contusum cum emulsione seminum melonum, aut cucurbitarum, vel in iure ex carnibus expresso coquantur farinæ Amyli, hordei ana p. ß. *Sacchari albiss.* ℥ ß. *lactis amygd. dulcium* ℥ j. Vel loco contusi hauriantur oua sorbilia. Vel:

R. Succi cucurbitæ aut,
Cucurb. opt. contusæ ℥ iij. ß.
Lactis amygd. dulc. ℥ ij.
Farinæ amyli ℥ ß.
Sacchari optimi, ℥ j. *Misce.*
Et coque in iure pulli.

Conceduntur & pisces saxatiles & ptisana laudatur cocta cum saccharo. Item panis lotus in aqua frigida & is expressus & postea coctus in brodio pulli. Et ferculum ex medulla panum aut caudis cancrorum maceratis lacte

vaccino per horas sex, deinde cum eodem cum eodem lacte coctis, quibus addi debent:

Lactis amygd. dulcium,
Emulsion: seminis papau. albi,
Emulsionis seminum 4. cōm. maiorum ana ℥ ß.
Sachari quantum sufficit.

Commendãtur & testudines nemorales & limaces sed nobis in vsu non sunt. Potus sit vinum album, tenue, aquosum dilutum aqua cocta vel aquis seminum quatuor frigidorum communium vel Iulepo Violarum:

Item; ℞. *Sem. frigidor.* Communium,
Violarum,
Endiuiæ,
Lactucæ ana ℔ j.
Sem. Endiuiæ,
Scariolæ,
Portulacæ ana ℥ 2.
Iuiubarum,
Sebesten ana num. xx.

Iulepus longus.

Coquantur in sufficiente quantitate aquæ; colatura edulcoretur SacchARO & fiat Iulepus longus. Si aluus fuerit astrictior, aperiatur leni enemate & eo quidẽ refrigerante & humectante quale est; ℞.

Enema.

℞. *Olei nymphea,*
Violarum ana ℥ viij.
Cum modico sale fiat Clyster.

Aliud.

Vel: ℞. *Brodii pulli, in quo ferbuerunt,*
Hordei mundi,
Lactucæ,
Endiuiæ ana M. ß.
De hoc ergo ℞. ℔ j. *adde,*
Florum caßiæ recens extractæ ℥ ß.

Sachari rubei ℥ ij.
Olei viol. ℥ iiij.
Cum ſale & vitello oui fiat Enema.

Tale eſt ſimile aliud enema, iterari crebro debet non tantum prouocandi ventris cauſa, ſed ad refrigerationem & humectationem corporis. Præter hæc autem conueniunt medicamenta vim refrigerandi & humectandi habentia, vt ſunt ſyrupi roſatum, violarum, de nymphea, de Endiuia, Cichorio, Portulaca, de papauere, de ſucco borraginis, de ſucc. bugloſſæ: diluuntur hi autem aquis conuenientibus, vt ſunt aq. Violarũ, Endiuiæ, lactucæ; Hæc exhibeantur mane & veſperi inter prandium & cœnam & circa medium noctis vna vice tantũ: vt;

℞. *Syrup:* *de papauere,* — *Potio refrigerans.*
Violarum,
De Endiuia,
Aqu. ſem. frig. comm. maior.
Lactucæ,
Viol. an. ℥ j. Miſce, fiat potio.

Item. ℞. *Syrup. de Nymphea,* — *Alia.*
De papau. ana ℥ j.
Aq. decoct. cancrorum fluuiatilium ſine ſale ℥ iiij. Miſce,
Fiat hauſtus dandus duabus horis poſt cœnam.

Simul autem & foris adhibeantur, quæ in corde & reliquis partibus intemperiem calidam & ſiccã corrigant prohibeantq;, ne attractio augeatur, & quæ, quod abſumptum eſt, de humido, reficiant atq; inſtaurent. Cordi ergo & pectori applicentur vnguenta & Epithemata quale eſt;

Epithema cordiale.

℞. *aq. Violarum,*
Rosarum,
Nymphea,
Borraginis,
Buglossæ.
Portulacæ,
Lactucæ ana ℥ iij.
Specierum Cordial. pro Epithem. ℥ ß.
Croci,
Camphoræ ana ʒ ß.
Aceti ℥ j.
Vini alb. ℥ ij.
Misce pro Epithemate cordis.

Spina dorsi tota à summo ad coxendicem vsq; totaq; coxendicis regio, thorax & vtrumq; latus hypochondriorum mane & vesperi, ante cibum invngantur vnguento tali:

Linimentum pro pueris & infantibus optimum.

℞. *Mucill. sem. maluæ.*
Althea,
Citoniorum,
Psyllii ana, ℥ j.
Lactis mulieb. puellam lactantis, ℥ ij.
Gummi arabici,
Tragag. ana ʒ j.
Butyri rec. sine sale loti, Olei Violacei,
Medul. cruris vituli ʒ ß.
Ceræ albæ q. s.

Fiat linimentum. addi potest aliquid aceti maioris penetrationis causa.

Aliud non minus præstans.

Vel: ℞. *Olei Nymphea,*
Viol. ana lib. ß.
Ranarum excoriatarum : num. v.
Caudarũ cancrorũ fluuiatilium num. x.

Bulliant

Bulliant ad consumpt: partis tertiæ oleorum, deinde facta expreßione forti colatura lauetur cum aqua Violarum & modico aceti vel adde succi Lactucæ. Succi semperuiui quantum sufficit misce, & cum cera alba fiat linimentum.

Ad instaurationem humidi interioris conducet talis mixtura:

℞. *Quatuor conseruarum cordialium,*
Conseruæ Nymphee, Electuarium.
Spec. diatrion sandalorum, ana ℥ ß.
Sem. Melon:
Cucurb.
Citrull:
Cucum. mundator:
Sem. papau. albi
Lactucæ,
Portul.
Citonior.
Sem. bombicis,
Maluæ ana ʒ ij.
Amygd. dulcium recens excorticatarum,
Pistac. recens præpar. ana ℥ ß.
Glyzyrizæ rasæ,
Diatragag. ana ʒ j.
Passul. enucleatarum,
Pulpæ sebesten ana ℥ j.
Margaritarum albar. ʒ j.
Hyacinth.
Oßis de corde cerui,
Granatorum,
Rasuræ Eboris ana ℥ ß.
Carnis testudinis nemoral. ℔ j. aut

testudinum loco carnis de caudis cancrorum fluuiatil: aut de pullo; coquantur.

Testudines aut cancri, aut carnes pullorum cum hordeo depilato in s. q. aquæ viol. & post coctionem sufficientem carnes & hordeum cum decoctionis iure tundantur, fiatq; confusum & cum reliquis omnibus addito sacchare albo dissoluto in aqua rosarum fiat Electuarium secundum artem. Vel pro tenuioribus:

Aliud.

℞. Conseru. violarum,
Nymphea,
Portul. ana ℥ j.
Amyli,
Tragacā. ana ʒ j.

Misce & subige in formam Electuarii, addito syrupo de papauere, si fuerit opus. Vel:

Aliud.

℞. Emuls. sem. pap. albi,
Emuls. 4. sem. frig. maior. ana ℥ ij.
Succi Lactuc. depuratæ,
Succi Endiuiæ,
Succi Scariolæ ana ℥ ß.

Coqu. ad lentum ignem & cum sacchare albißimo fiat mixtura. Vbi paulo diuturnior fuerit hectica, ad lactis vsum perueniendum erit, initio n. magis conuenit ptisana. In lactis exhibitione præstandum quoad eius fieri potest, ne in stomacho coaguletur; id prouidebitur & auertetur, si modico sacchari albi fuerit conditum. Corrupti in ventriculo lactis signa erunt ructus putridi & nidorosi, sitis, amaritudo oris, febris augmentum, calor, qui alioquin æquabilis notabiliter augebitur, pulsuum celeritas maior, tinctura vrinæ notabilis, id si acciderit, expurgandus erit ventriculus vel ℥ ij. Mannæ dissolutæ in

Vsus lactis.

Corrupti in ventriculo lactis signa.

tæ in

tæ in iure pulli non salito, vel ℥ j. florum cassiæ recens extractæ. Lactis vsus vero ad aliquot dies intermittatur, nec ad lac redeundum, nisi prius stomacho mundificato, sitq; lac muliebre, si haberi potest & sugatur ex vberibus excepto menstruo tempore, mulier sit munda & ad minimum duobus mensibus sit egressa ex partu; Alatur vero cibis conuenientibus, qui humectant & refrigerant, post humanum lac maxime commendatur asininum, quia est aquosum & tenue, asina vero exierit è partu circiter mensem tertium vel quartum & alatur herbis humectantibus ac refrigerantibus: bibatur autem tale lac, quale emulsum est, cum modico sacchari ab ℥ iiij. vsque ad ℔ j. postea quiescat æger ac dormiat per horas 4. nec infra hoc tempus edat. Si asininum desit, caprinum etiam conceditur, sed ea conditione, vt prius butyrum extrahatur. Si vel putredo metuatur, vel conuersio in bilem, semper enim si de febre putrida suspicio sit, lac caueri oportet.

Lactis delectus.

Vbi lac vitandum.

Quod si etiam alui profluuium adfuerit, similiter omittatur vsus lactis, chalybeatum tamen concedatur, in quo scil. candente chalybe serosus humor, qui & aluum ciet, sit consumptus.

BALNEA.

Balnea ex aqua dulci viribus integris commendantur, si parentur ex decoctione herbarum refrigerantium & humectantiū, vt sunt violæ, nymphea, Lactuca, Portul: Malua Buglossa &c. Aqua sit moderate calida, in qua desi-

desideat æger quatuor horis ab hausto lacte vel ante vsum lactis: Et si vires tolerent, commoretur in ea per horam dimidiam, aut circiter. Inde vbi exierit, perfundatur aqua frigidiuscula, vel in aliud balneũ ex aqua frigida & tepida mixtum transferatur, demum perungatur oleis violar. & amygd. dulcium, lotis cum aqua violarum, præsertim in dorso & pectore. Et si fuerit opus maiore refrigeratione, addi possunt oleum rosatum. Omphacinum & oleum de Nymphæa. Licebit & hæc quolibet die iterare, si vires concesserint. Etsi autem balneum in hecticis febribus debet constare aqua frigida & humida, calidiusculum tamen permitti oportet, vt pori aperiantur & cutis laxetur & deinceps in hoc modo præparatum corpus frigidum melius penetret sicut testatur Galenus *in* 7. *&* 10. *Meth*. Licebit & balnea conficere decoquendo capita & pedes veruecum ita, vt in decocto tepidiusculo commoretur æger, donec refrigescat. Egressus inde collocetur in lecto molliusculo & detersus syndone molli perungatur, vt prius, tum ne plus iusto digeratur, tum vt occulta cutis spiracula claudantur, id enim & siccitati remedium est, & aduersus incommoda ab aere ambiente euenientia.

Curatio febris hecticæ non simplicis.

Si vero hectica febris vel cum putrida, vel cum partis alicuius affectione coniuncta, & putridæ & parti affectæ prius medendum est, ita tamen, vt hectica non negligatur. Exempli causa; Si hectica complicetur biliosæ febri, bilis primum coquatur, simulq, aperiantur obstructiones cum syrupo de Endiuia. Postea vbi probe cocta

be cocta fuerit bilis, educatur medicamentis benignis, vt Manna, cassia, Rhabarbaro. Post euacuationem exhibeantur roborantia, quæ simul hecticum calorem alterant; quale est.

Electuariū.

℞. *Quat. conseru. Cordialium,*
Spec. diarrhod. abbatis,
Diatrion sandal. ana ℥ ß.
Fragment. Hyacinth.
Smaragdi,
Margarit. alb. non perforat. ana ℥ ß.
Carnium coctarum & contusarum de caudis cancrorum fluuiatilium,
Pistatiorum,
Amyd. dulcium recentium,
Pinear. recentium præpar. ana ℥ iij.
Sem. 4. frigid. maior. excort. ana ℥ ß.
Contundenda contundantur & cum sacchar o q. s. dissoluto in aqua buglossæ, fiat electuarium, cui admisceri possunt aliquot folia auri.

Si adsunt vigiliæ, detur syrupus de papauere cum aqua lactucæ somni causa, & fronti ac temporibus illinatur vnguentum, quod:

Linimentū soporiferum.

℞. *Vngu. populeon.*
Succi lactucæ ana ℥ ß.
Sem. Hyoscy: alb.
Opii, croci an. gr. iiij.
Cum oleo de Nymphea fiat linimentum.

Curatio fluxus alui.

Si profluuium alui accesserit, dentur trochisci de spodio cum semine acetosæ pondere ij. ℈. in aqua plantaginis: Postea superbibatur syrupus Myrtinus. Adhibeantur & clysteria ex decocto capitis castrati in aqua chalyb. cũ semine

plantaginum aut ex lacte chalybeato: foris ventri obducatur rete caſtrati caleſactum in oleo roſato omphacino. Conducit etiam oryza in lacte chalybeato cocta & conſerua roſarum & diaciton.

Syncopis. Si in ſyncopen inciderit æger, aſpergatur aqua roſata & modico aceti ac reficiatur odoratis admotis ad nares, os ægri aperiatur & inſeratur buccella panis infuſa in vino albo tenui vel diluto cum aqua bugloſſæ, aut in vino granatorum. Conducunt etiam confectiones cordiales ſed inprimis ad principalia membra reſpiciatur vt hecticus calor in his reſtinguatur, aut temperetur epithematis & vnctionibus, vt in corde, renibus, Epate, cerebro, ſpinali medulla.

DE FEBRE PESTILENTI.

CAP. XIII.

SVpra dixi, differentias eſſe febrium, quæ ſint malignitatis peſtilentis participes. quædam enim ex his cauſam & principium intra nos habent & oriuntur omnes ex putredine humorum magna, impura, ſordida, concluſa atq; corrupta non in corde ipſo, ſed in venis cordi vicinis, quæ ſupra conditionem putredinis vulgaris gignit aliquid peſtilentis venenatæ ac malignæ qualitatis, cuius ea vis eſt, vt tota quaſi ſubſtantia calori vitali aduerſa atque infeſta hũc oppugnet, opprimat atq; extinguat. Hæ inter ἰδίους πυρετοὺς, id eſt, proprias ſingulis febres recte referuntur. Quædam à cauſa communi

cientur

cientur quia extra corpus materia eſt, & vel in victu, vel in aere continetur. Hæ ad κοινὰς πυρετὰς, id eſt, febres communes pertinent, ſuntque in triplici diſcrimine. Vnum earum eſt febrium, quæ πάνδημοι & πάγκοινοι vocantur, id eſt, vniverſales ſimplices, quarum cauſa eſt in victu communi, vt in maturis aut ſemiputridis leguminibus, aut fructibus, vel in vitiatis aut inquinatis aquis.

Primum diſcrimen febrium.

II. *Endimia.*

Alterum diſcrimen febriũ eſt, quæ vocantur ἔνδημοι & ἐπιχώριοι, id eſt, indigenæ, eo, quod eo regionis aut terræ aquarumve putredo vel infectio aliqua cauſa exiſtit: Cientur enim à venenata malignitate ſparſa in aerem à cauſis inferioribus ex inquinatiſſima & corruptiſſima putredine aquarum, terrarum, plantarum, cadauerum, quæ & ſupra conditionem putredinis vulgaris, inficitur enim aer à ſtagnis, paludibus, lacubus inquinatis ac putridis, quales ſunt aquæ ſtagnantes, in quibus longiori tempore maceratur linum, aſphaltum, rhododendrum, canabis & ſimilia ſtirpium vel cadauerum inquinamenta: Vel à terra graui & putredine aut corruptione inquinata in antris, ſpecubus, baratris, è quibus graues & venenatæ exſpirationes in aerem effluunt: Vel ab animantium, maxime vero ſerpentũ & hominum, non crematis in bello cadaueribus, coaceruatis illorum excrementis, euulſis ſtirpibus venenatis, ſi putredine afficiantur, quæ halitus procreat peſtilẽtes, quos Gal. vocat ἀναθυμιάσεις καὶ λοιμικὰ σπέρματα. Hæ febres etſi omnes malignitatis peſtilẽtis ſunt participes, tamen nondum ſunt ἐπιδήμιοι q;

ſemina contagionum ſeu inquinamenta aeris, à quibus excitantur, nec procul diuagari in longinquas regiones poſſunt, nec longiori tempore perdurant etſi contagioſis infectionibus omnes propagantur.

III. Epidemia. Tertium ergo diſcrimen eſt πυρετῶν ἐπιδημίων, quarum à cœleſtibus cauſis origo eſt, eo, quod cœlitus in aerẽ inprimitur affectio, quæ has ciet. Hæc cum duplex ſit, duo ſunt ἐπιδημίων febrium genera. *Harum genera.* *1.* Vnum ſimplex, quæ prouenit vel à manifeſtarum qualitatum in aere exuperantia, ſi vno tempore diutius perſeuerent, vel ex multis & crebris tempeſtatum mutationibus, quæ corporibus putredines inferunt cuius exempla ſuppeditant libri Epidem. Hipp. Sed proprie non eſt peſtilens. *2.* Alterum genus pernitioſum eſt, vocaturq; proprie λοιμὸς, ſeu peſtilentia, quæ eſt ἐπίδημα ὀλέθρων & à venenata ac peſtilenti qualitate cœlitus in aerem demiſſa inſligitur. Etſi autem peſtilentia eſt ſæuior, ſi hæc affectio aeris incidat ſeu in regiones & conſtitutiones auſtrinas calidas & humidas, loca maritima, plethoricas & cacochymicas cõſtitutiones corporum aut in corpora vel laxa nimis, vel obſtructa nimis, tamen veræ peſtilentiæ cauſa è cœlo eſt & cietur infauſta malignarum ſtellarum commixtione & conuenientibus octaui orbis locis & vi luminis aeri imprimitur. *Vera peſtilentiæ cauſa.* Quod ſi qualitas illa ad ſpiritus analogiã habet, ephemera peſtilens: *Vt ſudor anglicus.*

Si ad cordis ſubſtantiam, hectica peſtilens incenditur: Si humores inficiat, citra putredinem, σύνοχον peſtilentem ſine putredine: Si

putre-

putredinem commoueat, σύνοχον putridam pestilentem infligit. Plurimum igitur ad curationẽ interest discernere tam causam ipsam communem quam febres pestilentes ipsas & earundem magnitudinem, mores, tempora, symptomata, habitus item & constitutiones corporum & circumstantias reliquas: Sunt enim aliæ febres pestilentes incomitatæ, aliæ per carbunculos, bubones pestilentes, exanthemata purpurea, liuida aut cærulea erumpunt. In mitioribus exanthemata sub statum emergunt, quæ Itali vocant bubones Petechias & ideo vocant quasdam febres pestilentiales cum petechiis & febres pestilentes cum lenticulis, à maculis quæ apparent lenticulis similes.

Qui Galenum sequuntur Medici simpliciter causam pestilentium febrium faciunt magnitudinem putredinis & putredinem non distinguunt à vulgari, nisi magnitudine. Ego libenter assentior Galeno, esse à putredine causam scil. cũ existunt ex manifesta antegressa putredine, sed certum, sæpe existere causas pestilentiæ à causis cœlestibus, quas omisit Galenus: Et hæc proprie vocatur pestilentia cum causa est à cœlo.

Galenus etiam distinguit inter κοινωδη πυρετὸν & vocat sic proprie febres malignas sine exanthematis & bubonibus. Meminit exanthematum *in 5. Methodi*, & inter λοιμὸν & sic nominat febrem, quæ ostendit se eruptionibus carbunculorum, &c.

Multi ex Italicis Medicis simpliciter resistunt in putredine. Si posset in magnitudine putredi-

putredinis ostendi ratio caloris, tunc etiam vellem inde non discedere. Item si posset reddi ratio contagiorum & tantæ celeritatis, sed non reperio causas Galen. *lib.* 10. *de comp. Med. secundum locos* & *in comment. Aph.* 21. *partis* 4.

Signa non putridarum. Si febris pestilens fuerit absque putredine quales sunt pestilentes ephemeræ & hecticæ, pulsus non semper sunt vnius modi; interdum enim sanis sunt similes vt in hecticis sub initium, interdum sunt languidi, parui, frequentes, celeres & inæquales, vt in progressu, cum confirmantur vires, præsertim vitales, prorsus collabuntur & in hectica quidem concidit simul habitus totius corporis, velut emaciatus ita, vt nullis cibis, ne quidem optimis recreetur. Sequuntur defectiones animi crebræ. Interdum ex syncope vehementiori vomitiones crebræ materiarum graueolentium & noxiarum alui profluuia ex corporis colliquatione, vigiliæ molestæ sunt, corpus exagitatur iactatione frequenti, Vrinæ dubiæ & ambiguæ sunt, interdum cum colore & substantia sanis similes sunt, nec crudæ nec turbidæ, interdum crudæ sunt aquosæ, tenues aut turbidæ, quales sunt iumentorum vrinæ, præsertim cum putredo humores iam occupauit; ante putredinem enim fere nec turbulentiam, nec cruditatem præse ferunt, Nec sitis est vehemens, nec deiecta prorsus appetentia, nec incendium magnum, nec febris admodum ardens ita, vt ægri ne quidem febrire se opinentur & sine sensu doloris viribus extinctis decedant.

Putridarũ. Si putridæ sint, accedunt etiam ad hæc signa dolor

dolor & grauitas capitis, propensio in somnum, deliria à somno, spiratio difficilis & grauiter olens, sitis, deiecta appetentia, vomitus corrupti, vrinæ turbidæ, deiectio alui fœtida & larga, frigiditas extremorum, febris intus magis conturbans, quam foris.

(Curatio febrium pestilentialium optima est, si quis procul absit, Man præseruir wie man wölle / res non caret periculo, darumb weit dauon ist vor den schuß gut.) *Curatio.*

Curatio febrium, quæ pestilentis malignitatis sunt participes, alia consistit in præseruatione; alia in morbi præsentis depulsione.

In præseruatione præstandum est ne corpus repleatur humoribus superfluis, qualescunque illi sint, boni, vel mali. Totæ ergo diætæ & victus ratio vergat ad siccitatem cum aliqua infrigidatione, vtraq; enim qualitas putredini aduersatur, vtraque impressionem contagiorum arcet & reprimit. Minuatur cibus & potus, corpus sæpe purgetur pillulis communibus, roborentur & excitentur membra principalia cum mithridatio, Theriaca, bolo armeno orientali & similibus, ne figi & adhærescere contagia, vel inquinaméta maligna possint, præsertim cũ fuerit putrida aut coniuncta cum putrida, aut synochus etiam sine putredine, aut ephemera pestilens. *Præseruatio.*

In hectices si ad cordis substantiam & partes solidiores venenum fuerit analogum, moderatior sit vsus desiccantium. Eligatur locus habitationis procul remotus à paludibus, aut locis humentioribus & à cauernis subterraneis, aut *Curatio pestilentis hectica.*

conclusis

conclusis vallibus; sit nitidus, carens omni fœtore expurgatus ab excrementis, cuiuscunque sint generis.

Aer assiduo perspiratu flatuum septentrionalium, aut orientalium bene ventiletur, nisi ab his partibus adueniant infectiones & contagia, & declinet ad frigidum & siccum, magis tamen ad siccitatem, quia fortius renititur putrefactioni: si talis non sit, præparetur arte ac ceu præmuniatur aduersus semina contagiorum ac putredinis suffitibus ex ligno aloes, ambra moscho, caryophyllis, thure, myrrha, Mastiche, Gallica moschata & similibus. Æstiuo tempore addantur folia & baccæ myrti, sandali, camphora, rosæ, quorum loco pauperes vtantur foliis quercinis & salignis. Cõclaue sæpe in die irroretur aceto optimo & aqua rosata vel aspersa parietibus, vel fusa super ignitos lateres, aut silices Efficacius a. erit acetum, præsertim æstiuo tempore, si in eo sandali macerentur & aliquid camphoræ. Possunt & fumigia parari: quale est;

Trochisci pro suffumigio.

℞. *Rusarum rubearum,*
Myrtillorum,
Cortic. Citri,
Sandal. omnium,
Sem. acetosæ ana ℥ ij.
Myrrhæ;
Aloes,
Tragaganthi,
Gummi arabici, ana ℥ ij.
Flor. labruscæ ℥ j.
Camphoræ ℈ ij.

Diss. gummi in aq. rosar. & aceto optimo ac mixtis & sub-

& subactis simul omnibus in massas siccas formentur inde trochisci, qui desiccati suffitus causa deiiciantur in prunas. Vel:

℞. *Aqua Rosar.* ℔ j.
Aceti ℥ iij.
Puluer trochis. camphoræ,
Sandal. citr. & rub. ana ʒ j.
Camphor. ℈ j.

Misc. & his conspergatur conclaue, cuius solum insternatur foliis salicum, quercinis, floribus rosarum violarum Nympheæ.

Hyberno tempore accendatur ignis, in conclaui ex lignis bene olentibus, vt Lauri, Iunipero, rosmarino, cupresso, pino, picea, abietis, sarmentis vitium. Pauperes adoleant baccas iuniperi & cieatur suffitus arte factis trochiscis, vt:

Trochisci pro suffitu.

℞. *Myrrhæ,*
Aloes,
Mastichis,
Styracis liquidæ,
Thuris: ana ʒ j.
Caryophillorum,
Corticum citri,
Cyperi,
Ligni aloes ana ʒ ß.
Camphoræ ℈ j.
Ladani ʒ vj.

Terantur omnia in puluerem tenuißimum & mixta subigantur in massam. Cum aqua rosarum; cui pro ditioribus addantur:

Ambræ gryseæ,
Moschi ana gr. v.
Galliæ moschatæ ℈ ß.

For-

Formentur trochisci ad suffitum. Vel;

℞. *Ladani puri,*
Myrrhæ,
Thuris.
Mastichis,
Styracis calam. ana ℨ 1.
Cyperi,
Rosarum rubrarum,
Maiorana ana ℨ iij.
Cinamomi,
Caryophillorum,
Sandali citrini,
Spicæ nardi,
Macis ana ℨ ij. ß.

Carbonum de corticibus cucurbitæ aut carbonum tiliæ q. s. addendo de mucillagine gummi arabici extracta cum aqua rosarum, ex massa parentur faculæ pro fumo. His & similibus aer temperetur mane & vesperi ante prandium & cœnam, neque aere infecto quisquam egrediatur ante solis exortũ vel post solis occasum.

Cibus. Cibus sit facilis coctionis & boni alimenti conditus iis, quæ cor roborant, vt sunt acetosa, & stiptica: acida enim putredini resistunt & appetentiam excitant, quæ in hoc genere febrium putrium præcipue laborat. Commendantur ergo condimenta ex aggresta acetositate citri, succo arantiorum, Limonum ex vino granatorum, ex optimo aceto. Carnes conceduntur auium nemoralium, vt Turdorũ, Phasianorum, perdicum &c. Item pullorum gallinaceorum; aquaticæ caueãtur omnes, nec conducunt agninæ & hœdinæ propter nimiam humidita-

humiditatem: Porcinæ noxiæ prorſus ſunt: Conueniunt vero aſſæ magis, quam elixæ: dulces & vnctuoſi cibi vitentur & frigidi potius ſint cibi actu, quam calidi, præſertim æſtiuo tempore. (Dulcia multum nutriunt, humectant & obſtruunt, ſic vnctuoſa quoque.)

Piſces fugiendi ſunt omnes, ſaxatilibus exceptis & iis, qui ſquamas habent & carne conſtant friabili & ſicca, vt ſunt percæ, lucii: Condiantur vero aceto, ſucco limonum vel arantiorum. Panis ſit ex optimo frumento & parte farinæ puriore bene fermentatus & elaboratus, conditus ſale & clybano coctus. Acetariorum loco conceduntur pimpinella, acetoſa, bugloſſa, borrago, Scabioſa lactuca, cichoreum, endiuia, meliſſa, acetoſitas citri, limonum, cappares cum aceto & ſale. Ex fructibus probantur acetoſi, ex agreſtibus etiam allium cum nucibus iuglandibus. Nec toleranda eſt fames aut ſitis, quia repletur ventriculus vitioſis humoribus: Non oneretur tamen ventriculus cibo nimio, nec ſumatur cibus, niſi poſt abſolutam primam coctionem.

Motus corporis. Exercitium moderatum & deambulatio potius quam exercitium, ne vehementior motus vrgeat reſpirationem & fiat attractio copioſa aeris peſtilentis: in conclaui tamen poſt aeris correctionem etiam vehementioribus exercitiis vti licebit.

Somnus. *Venus.* Somnus ſit nocturnus magis, quam diurnus horarum ſeptem vel octo. Vſus veneris prohibetur prorſus.

Potus. Potus sit pro ratione cibi ingesti, sitq; vinum album, clarum, non dulce dilutum cum aqua extinctionis chalybis, aut auri igniti aut aquæ acetosæ, vel potius sit ex aqua modico aceti & saccharo vel vinum granatorum.

Excretio. Aluus semper sit aperta & si à natura non soluatur, prouocetur clysteribus, aut similibus aliis medicamentis. Hactenus de diæta, nunc ad medicamenta præseruantia.

Medicamenta præseruantia. Est autem vna omnium optima præseruatio *cito ac procul discedere à locis infectis*, *diu abesse & tarde reuerti*. Si tamen sit suspicio de infectione aliqua in locis vicinis, incumbendum est perpetuæ corporis mundificationi & exsiccationi ac cordis roborationi. Quare plethorica corpora euacuentur phlebotomia, præmissis vniuersalibus, id est, alui lenitione & superfluitatum è ventriculo & communibus venis eductione. Quod si hoc fiat in locis infectis, deligatur conclaue ad sanguinis emissionem, in quo prius aer eo modo, quo dictum est, sit correctus; semper autem obseruetur regula, *vt medicamentis, quæ exhibentur pestis tempore, admisceantur alexetiria, quæ Bezoartica vocantur* roborandi & præmuniendi cordis causa.

Si cacochymicum fuerit corpus, educantur humores vitiosi, qui redundant, cocti tamen prius ac præparati. Si biliosi redundarint humores, vsurpentur ad materiæ coctionem syrupi de succo acetosæ, acetositatis citri, de succo granatorum, de succo buglossæ, de succo Endiuiæ, de Endiuia compositus cum aquis tormentillæ acetosæ, endiuiæ, scabiosæ, vino

Si materia sit biliosa.

grana-

granatorum, his infundi possunt per noctem margaritæ, corallia rubea, bolus armenus: deinde facta vna ebullitione fiat expressio fortis. *Syrupus longus.*

Confici possunt & syrupi ex aquis endiuiæ, acetosæ, borraginis, buglossæ, tormentillæ aut similibus: Vel ex plantarum ipsarum aut radicum decoctionibus, in quibus ferueant vna forte ebullitione pulueres coralliorum rubeorum, boli armeni, seminis rosarum rubearum, margaritarum, fragmentorum omnium, hyacinthorum, smaragdorum, granatorum, saphirorum, seminis citri colaturæ addantur vinum granatorum, succus acetositatis citri, succus limonum, succus acetosæ, succus buglossæ, sacchari q. s. fiat syrupus vel decoctum longum.

Euacuatio fiat cum manna, cassia, Rhabarbaro, electuario de succo rosarum, pilulis aureis: vt;

℞. *Mannæ electæ ℥ ij.*
Elect. de succo Rosarum ℥ ij.
Rhabarbari ʒ j. *Bolus purgans.*

Rhabarbarum cum modico spicæ infundatur in aquis endiuiæ & tormentillæ per horas 10. Deinde fiat, expreßio fortis & mixtis omnibus formetur bolus cui addatur Tripheræ persicæ ʒ j. ß.

Tripheram vero miscere debetis omnibus purgationibus in febre pestilenti. *Tripheram persicam omnibus purgationibus esse immiscendam.*

Si materia fuerit pituitosa, præmissa minoratione materiæ in ventriculo, cōmunibus venis *Si materia sit pituitosa.*

& intestinis, reliqua coquantur syrupis de duabus radicibus, de Bizantia, acetosa composita, oxymelle simplici, Syrupo de corticibus citri, cum aquis betonicæ, buglossæ, melissæ, scabiosæ, scordii & condiantur potiones croco & cinamomo. Vel conficiantur Syrupi arte ex aquis borraginis, Betonicæ, lupulorum, scordii, in quibus bulliant ad consumptionem partis tertiæ, behen album & rubrum, dictamnus albus, margaritæ, bolus armenus, cortices Myrobalanorum Indorum, cortices citri, semina citri trita in puluerem: colaturæ addantur succus granatorum dulcium, pomorum dulcium, vel syrupus de pomis, succus scordii, sacchari q. s. vel fiant decoctiones ex plantis ipsis, radicibus, seminibus, corticibus. Euacuatio fiat cum electuario diaphœnicō, diacatholicon, Electuario Indo, Agarico macerato in oxymelle simplici, thurbetho bono & gummoso, triphera persica; vt:

Potus euacuans.

℞. *Electuar. diacathol.*
Diaphœnic. ana ℥ iij.
Agarici electi ℈ iiij.
Turbethi boni & gummosi ʒ j.
Zingiberis,
Salgemmæ ana ℈ j.
Triphera persicæ ℈ j. ß.

Tritis terendis & agarico in oxymelle infuso per horas 10. factaq; expreßione cum aquis & syrupis prædictis fiat potus.

Si materia fuerit melancholica.

Eodem modo, si humor melancholicus exuberet præmissa minoratione cum diasena, confectione hamech, Cassia fistula, quod reliquum

est

est coquatur syrupis de succo buglossæ, de fumo terræ, de Endiuia, de pomis, de lupulo cum aquis lupulorum, buglossæ, boraginis, fumaciæ, tormentillæ, Valerianæ. Vel conficiatur syrupus ex thymo, Epithymo, polypodio quercino, summitatibus fumi terræ, corticibus citri, radicibus Valerianæ, Buglossæ, Borraginis, behen rubro, behen albo, Ligno aloes, ossibus de corde cerui, serico crudo, fragmentis gemmarum, margaritis vtrisque decoctis in aqua tormentillæ vsque ad casum medietatis; Deinde adde Hellebori nigri præparati quantum satis erit ℥ ij. vel ℥ iij. Item succum pomorum dulcium syrupum de fumo terræ. In tali decocto pro euacuatione possunt dissolui diasena, confectio Hamech, Agaricus infusus in oxymelle cum Zingibere & sale gemmæ, triphera persica.

Post euacuationes vniuersales, vt semper conseruentur munda organa nutritionis & prohibeatur putrefactio, conduxerit sæpe vti pilulis ex Aloe, myrrha & croco, quæ vulgo pilulæ Ruffi & pestilentiales vocãtur. Hæ pilulæ non sunt dandæ grauidis propter aloe & myrrham, quæ semper ora venarum aperiunt. Possunt exhiberi pondere drachmali magnitudine cicerum singulis septimanis aut saltem tertio quoquis die mane & superbibatur cyathus vini albi diluti aqua rosarum vel acetosæ. Valet & confectio liberãtis cum aloe simili modo vsurpata. Si fortiores pilulas requirimus ad talem vsum familiares, tales confici possunt. *Pilulæ Ruffi.*

℞. *Aloes succotrinæ* ℥ vj.

Myrrhæ ℥ iij.

Pilula. *Croci* ℥ j.

Rhabarb. electæ ℥ ij.

Agarici Trochisci ℥ I.

Caryophil.

Sem. citri ana ℈ I.

Spicæ,

Cortic. citri ana ℥ I.

Tormentillæ,

Sandal. rub. ana ℥ I. ß.

Boli armeni orient. ℥ iij.

Camphor. ℈ ß.

Terantur singula in subtilißimos pulueres, qui exceptō subactiq; syrupo acetositatis citri cogantur in massam, de qua formentur pilulæ magnitudine pisorum, quarum dosis sit ℥ I. pro vice vna.

His diebus, quibus nullæ fiunt euacuationes, assumantur, quæ roborant ac præmuniunt cor & reliqua membra principalia. In hoc genere valent & commendantur confectio liberantis siue aloe, Theriaca, mithridatium, Electuarium de ouo, quod hoc modo fit.

℞. *Ouum Gallinæ num. I. ex eo leniter aperto album en à vitello separa vt uitellus in testa relinquatur, albuminis loco imponatur crocus orientalis optimus atq; ita vitellus cum testa croco impleta assetur eo vsq;, donec poßit teri in puluerem tenuißimum, cui adde Nucis vomica:*

Electuarium de ouo.

Radicum dictamni albi,

Radicum tormentillæ,

Zedoariæ,

Gentianæ,

Zingiberis albi,

Foliorum

Foliorum senæ,
Nucis moscatæ,
Macis,
Seminis Erucæ ana ℥ ß.
Myrrhæ ℥ vj.
Baccarum Lauri.
Aristolochiæ longæ,
Rhabarbari ana ℥ ß.

Theriacæ q.s. ad incorporandum. Et circumferuntur descriptiones antidotorum, puluerum & confectionum variæ ac multiplices, addemus igitur & nos formulas aliquas: vt;

℞. *Dictamni cretici;* *Electuarium.*
Terræ sigillatæ,
Boli arm. orientalis,
Myrrhæ,
Absynthii,
Rutæ,
Scabiosæ,
Pimpinellæ,
Acetosæ,
Zedoariæ ana ℥ I.
Aristolochiæ vtriusq;,
Tormentillæ,
Baccarum lauri: ana ℥ j. ß.
Nucum iuglandium, num. 5.
Caricarum pingium num. 11.
Mithridatii,
Theriacæ ana ℥ j.
Croci,
Camphoræ ana ℈ I.
Vnicornu,

Margarit. alb. non perforatar.
Oßium de corde cerui,
Cornu cerui vsti
Smaragdi ana ʒ j. ß.
Semin. citri ʒ ß.
Macis ʒ j.

Terantur singula in puluerem tenuißimum & mixta excipiantur syrupo acetositatis citri ac redigantur in formam electuarii. De quo capiatur bolus mane & vesperi, hyberno tempore cum vino maluatico, æstate cum vino albo temperato aqua rosarum vel acetosæ.

Vel:

Aliud pro pauperibus.

℞. *Myrrhæ electæ,* Pro pauperibus.
Croci oriental. ana ʒ ij.
Oßium de corde cerui ʒ j.
Dictamni cretici ʒ ij. ß.
Zingiberis albi ʒ j.
Camphoræ ʒ ß.
Tormentill. ʒ v.
Zedoariæ ʒ iiij. ß.
Serpentariæ,
Pimpinellæ ana ʒ j.
Theriacæ optimæ,
Mithridatii ana ʒ ij.

His dilutis cum aqua vitæ optima conficiatur Electuarium.

Vel:

Aliud pro delicatioribus.

℞. *Quatuor conseru. cordial. ana ʒ ß.*
Smaragdi,
Hyacinthi,
Marg. alb. non perforat.
Oßis de corde cerui ana ʒ j.

Auri

Auri puri limati,
Sem. citri.
Boli armeni orientalis,
Terræ sigill. ana ʒ ß.

Terenda terantur in puluerem subtilißimum & cum syrupo acetositatis citri fiat conditum.

Pauperibus & qui non omnino sunt soluendo, commendantur in principio prandii & cœnæ vel paulo maturius cum surgunt & antequam egrediuntur, nuces, ficus cum quindecim foliis rutæ & sale & scio multos ex promiscua plebe hoc vnico remedio saluatos esse tempore pestis.

Si tædium afferet & fastidium continuus vsus electuariorum, potiones exhiberi possunt per dies aliquot: Vt;

℞. Boli arm. orient. preparat. ʒ j. ß. Teratur subtiliter & cum vino albo odorato hyeme, cum aqua rosarum & acetosæ æstate distemperetur & hauriatur mane in aurora. Deinceps theriaca assumatur vel mithridatium pondere ʒ j. aut ij. cum haustu vini potissimum hyeme, cum sacbaro rosarum æstate. (Confectio rosarum multum valet in hoc casu.) *Potio.*

Si pulueribus magis delectentur homines parari tales possunt.

℞; Margar. alb. non perfor. ʒ ij.
Corall. rub. *Tragea.*
Boli arm. ana ʒ j.
Cinamomi electi ʒ ij. ß.

Terantur in puluerem & addito sacchato fiat tragea, quæ aspergatur cibis & adhibeatur velut condimentum diluta vino vel aceto. Pro medici-

na vero conficiatur talis puluis: ℞. *Spec. Elect. de gemmis;*

Confect. liberantis ana ℥ 2. ß.
Hiacinth. ℈ 2.
Smaragd;
Rubinor,
Granat:
Saphir. ana ℈ 1.
Margarit. perfor. & nonperfor. ana ℈ 2.
Corall. rubrorum & alborum,
Spodii præparati,
Rasuræ eboris ana ʒ ß.
Ligni aloes ʒ 1.
Oßis de corde cerui,
Cornu cerui vsti & in aqua rosarum extincti,
Sem. acetosæ,
Serici crudi minimum incisi ana ℈ 1.
Sandalorum omnium ana ʒ ß.
Dictamni cretici,
Tormentillæ ana ʒ 1. ℈ 2.
Terræ sigill. veræ ʒ ß.
Boli arm. orientalis,
Sem. citri,
Rosar. rubr. ana ℈ 2.
Croci orient. ℈ 1.
Moschi,
Ambræ gryseæ ana gr. 4.
Fol. auri puriß. num. 30.
Sachari candi ℥ 12.

Lapides terantur in vino odorifero, reliqua seorsim & misceantur in puluerem.

Si qui à pulueribus etiam abhorrent iis vel ex

ex hoc puluere vel ex aliis conficiantur rotulæ: vt;

℞. Hiacinthi,
Granati,
Smaragdi,
Saphyri,
Oßis de corde cerui ana ℥ I.
Sandal. albi & rubri ana ℈ I,
Spodii,
Boli armeni: orientalis,
Marg. albar. non perforatarum.
Terræ sigillatæ,
Vnicornu ana ℈ 4.
Auri purißimi limati ℥ j.
Sachari albiß. q. s.
Sacharo dissoluto in aqua rosarum vel acetosæ fiat confectio in rotulis, quarum vna sit ℥ 2.

Balnea humectantia vitentur, quia corpus rarefaciunt, laxant, debilitant & magis obnoxium reddunt infectionibus. Vitentur & capitis lotiones, quia faciunt spiritus exhalare.

Manus & facies sæpe lauentur hyeme vino odorifero, æstate aqua rosarum, & modico aceti.

Præseruatio, cũ quis prodire cupit in publicum.

Cum prodeundum est in publicum, sit in ore frustulum vnicornu aut coruinæ (id est radicis chameleontis nigri) aut Zedoariæ aut angelicæ, aut Tormentillæ, aut dictamni albi:

Paupes os colluãt aceto decoctionis absynthii. Diuites induant digitos multis aureis annulis q̃bus sint inclusæ gemmæ p̃ciosæ, vt sunt Smaragdi,

Saphyri, Carbunculi, rubini. Naribus admoueatur pomum odoratum tale, vel simile.

Pomum odoratum.

Mulieres vitent moschũ & ambram propter matricem.

℞. Galliæ moschatæ,
Rosarum rubrarum,
Zedoariæ,
Caryophillorum,
Macis,
Nucis moschatæ,
Ligni aloes ana ℥ 1.
Croci ℈ j.
Styracis calam. ℥ 1. ß.
Ambræ gryseæ,
Moschi ana gr. v.

In iis scil. qui odorem ferre possunt, & conficiantur cum Ladani ℥ j. tragaganthi dissoluti in aq. melissæ ℥ ß. subigantur in mortario cum pistillo calido in Massæ formã. Et cõuenit tale pomũ tempore hyberno.

Ad æstatem tale conficiatur.

Aliud pomum pro æstate.

℞. Florum nymphee,
Violarum,
Labruscæ
Rosarum rubearum,
Myrtillorum,
Saudalorum omnium,
Corticum citri,
Corticum citonior. ana ℥ ß.
Camphoræ,
Croci ana ℈ ß.
Galliæ moschatæ,
Moschi dissoluti in aq. rosar. Gr. v.
Ladami ℥ j.

Confice cum aceto in quo sit dissolutus bolus armenus. Si fuerit opus, addatur terebinthina lota

cum

cum aqua roſarum, in qua infundantur ſandali, roſæ, violæ, camphora, crocus, Lignum aloes, cariophylli & ſimilia.

Regio cordis ſingulis diebus priusquam aliquis egrediatur, inungatur tali vnguento.

℞. theriacæ optimæ ℥ vj. *Vnguentum cordiale.*
Croci,
Camphoræ ana ℥ ß.

Cum ſucco limonum & aceto fiat linimentum, à quo ſi quis abhorruerit, poteſt vſurpari talis ſacculus:

℞. Borraginis,
Bugloſſæ,
Roſarum rubrarum,
Sandal. rub. & alb.
Behen alb. & rub.
Nucis Moſchatæ,
Gran. tinctorum,
Ligni aloes,
Croci,
Zedoariæ, *Sacculus cordialis.*
Dictamni albi ana ℈ j.
Cubebarum,
Baſilici,
Meliſſæ,
Corticum citri ana ℈ ſ.

Terantur in puluerem pro ſacculo, qui applicetur pectori verſus ſedem cordis.

Aliqui peſtilentia turgentem cutim aperiunt cauteriis & apertam detinent (in Italia hoc valde eſt vſitatum & iudico multum conferre, ſi noſtris hominibus perſuaderi poſſet) vt ſuperfluum omne, quod aſſiduo generatur, eo de- *Cauteria.*

cumbat,

cumbat, id non improbo, ſed præmitti oportet ſufficientem purgationem totius corporis. Aperiatur autem tibia dextra ſub genu quatuor digitis vel paulo inferius in parte carnoſa & externa.

DE CVRATIONE VERAE FEBRIS *peſtilentis iam præſentis.*

VEra febrium peſtilentialium curatio conſiſtit in his ſcopis; vt corpus deſiccetur & moderate refrigeretur, quantum ad cauſam προηγουμένην, & aperiantur obſtructiones, ſi quæ adſunt, præmiſſis tamen vniuerſalibus. Quantum ad ipſam febrem vero, vt venenum extinguatur ac diſcutiatur & à corde reuellatur & depellatur, cor ipſum vero vt roboretur. Quantum ad ſymptomata, vt anthraces & bubones peſtilentes recte curentur: Quanquam, vbi eruperunt, non amplius ſymptomatum, ſed morborum rationem habent & non negligantur alia etiam ſymptomata, quæ incidunt: item & roborentur reliquæ principales facultates, quæ laborare deprehenduntur.

Diæta. Regimen ſex rerum non naturalium inſtituatur tale, quale in præſeruatiua cura expoſitum eſt. Hoc obſeruato, vt infectis crebrius potius, ſed paruus, quam vna vice copioſus cibus exhibeatur.

Cum autem febres peſtilentes aut incomitatæ ſint, aut in anthraces, vel bubones peſtilentes vel exanthemata erumpant & anthraces ipſos ac bubones viciſſim comitentur febres, fit, vt duæ

duæ febres sæpe coniungantur, vna vt morbus, altera vt symptoma tumorum.

Neutra tamen insigni admodum calore infestat.

Tumores autem cum morborum naturam induunt, curationem exigunt peculiarem.

Si quis itaq; ad conceptos febre pestilentiali veniat ante eruptionem carbunculorum aut bubonum, is recte faciet, si præmissa alui lenitione mox sanguinem illi ex aperta vena detraxerit in conclaui, in quo aer sit quam optime præparatus atque correctus consentientibus tamen ætate, viribus, temperamento & similibus aliis circumstantiis: & si adfuerit magna plethora, vt venenum reuellatur & educatur aliqua ex parte, vt natura aliquantulum exonerata reliquum facilius expellat.

Postea dentur, quæ venenum procul à corde profligant, discutiunt, per sudorem dissipant, corroborant intus forisque & desiccando reliquam humorum massam minuunt, ne recipiat infectionem.

Si corpus cacochymicum fuerit, vitiosi humores præparatis iis medicamentis, de quibus in præseruatione dictum est, euacuentur etiam in progressum, vbi venenata & maligna qualitas in humoribus insedit, vt sequantur vomitus, syncope, vires imbecilles, à phlebotomia prorsus est abstinendum.

Bubones vero & anthraces interdum post antegressam euidentem febrem erumpunt, interdum sine sensu febrilis affectionis. Vbi vero prodierunt, vt plurimum febrem adferunt calore quidem remissam nec multum variantem pulsuum ictu, malignam tamen ac lethalem.

Anthracum & bubonum differentia. Differunt autem inter se bubones & Anthraces in suo scilicet genere, singuli sedibus, multitudine, colore, tempore, quo apparent.

Maligni qui. Maligni censentur, qui circa initia & statum extuberant, circa initia perpetuo & sine discrimine, circa statum natura prostrata.

Mitiores. Mitiores contra, qui in declinatione perueniunt aut in statu naturam superante. Pessimi sunt, qui emunctoria & membra principalia obsident. *Pessimi.* Peiores etiam censentur maiores minoribus, multi paucis, cordi propinqui remotioribus, nigri rubris.

DE BVBONIBVS.

APparentibus itaq; bubonibus arceantur infecti initio à somno, quantum fieri patitur virium conditio, ne venenosa materia, quæ ad exteriora naturæ impetu pellitur, somno retrahatur intro ad cor ipsum & ad alia membra principalia & confestim venæ sectionis præsidium adhibeatur, consentientibus ætate, virtute, & aliis circumstantiis, non febris, sed tumorum ratione, vt pars materiæ maxima reuellatur & euacuetur ex loco tumente, quæ si maneret in venis, cor petitura, principalia membra læsura & inflammationem ac tumorem auctura esset.

ſſet. Cauendum autem ſedulo in vſu phlebo-
ɔmiæ, ne materia tandem ad exteriora reuo-
ɛtur intro. Poſt venæ ſectionem, ex interuallo
ɔngiuſculo tamen ſomnus concedatur, inſtau-
ɪndarum virium cauſa, qui ne profundus ſit,
ec longus nimis, interrumpatur.

Si ergo inflammatio obſederit axillas, ſece-
ɪr vena proxima inflammationi, vt ſi axillam
ɛxtram, baſilica dextri brachii; ſi ſiniſtram,
ɪachii ſiniſtri ſecetur. Poſtea hirudines tres aut
ɪatuor ad horam vnam collocentur circa
ɪandulas: aut cucurbita cum profundo ſcari-
catu affigatur, vt ſanguinis infecti pars maxi-
ɪa extrahatur & venenum quam longiſſime à
ɔrde reuellatur.

Si inflammatio circa collum aut radices au-
ɪum ſeſe exeruerit, incidatur cephalica ſiue hu-
ɪeraria lateris eiuſdem, poſtea ſimiliter hirudi-
ɛs admoueantur.

Ita ſi ad inguina bubones eruperint malleo,
ɛna interna eodem in pede aperiatur & ſan-
ɪinis educatur plus minusve pro ætate & tem-
ɪramento & pro vt Medico præſenti vel con-
ɪlenti viſum fuerit.

Exactis ab initio inflammationis horis detur
gro mox, qui ſudorem prouocet, potionis,
ɛctuarii vel pulueris forma: hoc medicamen-
ɪm ſi retinuerit & deinceps copioſe ſudauerit
gnum eſt optimum: vt;

℞. *Dictamni albi,* *Puluis ſudorificus.*
Tormentillæ,
Corall. alborum,
Gentianæ,

Boli armeni,
Terræ sigillatæ,
Cornu cerui vsti ana ℥ j.
Smaragdi,
Camphoræ,
Margar. albarum ana ℥ ß.
Myrrhæ,
Croci,
Sem. citri ana ℈ j.

Terantur in puluerem subtilißimum, de quo cape pro vice vna ℥ ij. addatur Theriacæ ℥ j. ß. Hæc dissoluta in aqua acetosæ & vino albo exhibeantur calida & æger, vbi ebibit, collocetur in lecto, operiatur lectis & sudet ac sudorem quandiu poterit, toleret.

Quod si ventriculus nauseabundus medicamentum velet eiicere, defigatur cucurbita magna ad fundum stomachi sine scarificatione; naribus admoueantur fructus bene olentes: Ori panis assatus aceto infusus vel allium. Manus imponantur in aquam frigidam. Post sudorem corpus bene abstergatur calidis linteaminibus: Inter sudandum vero nec bibat, nec comedat.

Quod si ante eruptionem bubonis æger non euacuatus mox die sequente post sudorem euacuetur, mane cum pilulis communibus, id est, Ruffi, pondere ℥ j. pro ætate temperatura & iudicio Medici, vel cum tali potione;

Potio euacuans.

℞. *Triphera persicæ* ℥ ß.
Rhabarb. incisi & elect. ℥ j.
Mannæ electæ ℥ vj.

Dissol. cum decoct. communi cum aqua acetosa.

Vel:

Vel:

℞. *Florum caßiæ,*
Tamarindorum ana ℥ vj.
Elect. rosar. ℥ j.
Triph. persicæ ℥ iij.

Dissol. vt supra, si bilis redundauerit. Sic cæteris humoribus redundantibus fiant euacuationes per ea, quæ *antea* dicta sunt & eodem modo digestione etiam præmissa.

Sed medicamenta purgantia omnia sint benigna; Si potionibus locus non erit, iniiciantur clysteria ex floribus caſſiæ, saccharo rubeo, oleo violarum & decocto communi.

Quod si purgationem virium imbecillitas non tulerit, potio talis exhibeatur.

℞. *Radicum Tormentillæ,*
Dictamni albi,
Corall. alborum, *Puluis.*
Gentianæ,
Poli arm. orientalis,
Terræ sigillatæ,
Verbenæ ana ℥ j.
Croci ℈ j.

Fiat puluis, cuius dosis sit ℥ j.

℞. *Theriac. opt.* ℥ j. *Potio.*
Succi scabiosæ ℥ iiij.
Aceti ℥ ß.

Propinetur calida.

Brumali tempore diſſoluatur in vino optimo & prædictis aquis. Postero die capiat infirmus ℥ j. boli armeni & tantundem conseruæ cordialis & superbibat aquam scabiosæ; per interualla deglutiat pilulas Ruffi: Cordi & pulsi-

bus brachiorum epithemata applicentur; quale est:

Epithema cordiale.

℞. *Aq. Rosarum* ℔ j.
Endiuiæ,
Buglossæ,
Solatri,
Melissæ,
Acetosæ ana ℥ iiij.
Aceti,
Vini albi odorif. ana ℥ iij.
Sandal. omnium ana ℥ iij.
Corallorum,
Rosf. rubr. ana ʒ j.
Spodii,
Croci,
Camph. ana ʒ ß.

Misc. pro Epithemate cordis.

Linimentū.

Post Epithematum vsum fiat tale linimentum:

℞. *Theriacæ opt.* ℥ j.
Aceti,
Succi limon. ana ℥ ß.
Croci,
Camph. ana ℈ j.

Misce & extende supra pannum sericum carmesinum.

Epithema cephalicum.

Capiti etiam epithemata applicentur; quale est.

℞. *aq. Rosarum,*
Nymphea,
Endiuiæ,
Aceti ana ℥ iiij.
Sandal. omnium,

Rosar. rub. ana ℥j.
Camph. Gr. 5.
Misc. & cum petia applica suturæ coronali:

Si sitis magna infestauerit ægrum, propina Iulepum talem, vel similem. *Correctio sitis.*

℞. *Aquar. rosarum,* *Iulepus.*
Acetosæ,
Scabiosæ,
Nymphea,
Endiuiæ ana ℥vj.
Vini granatorum ℥iiij.
Aceti ℥ij.
Succi limonum ℥ij.ß.
Sacchari albi q. s. misce,

Fiat Iulepus longus, de quo bibat in bona quantitate.

Ad idem valent syrupi de acetositate citri, de Ribes, de limonibus, de succo acetosæ cum aquis rosarum, Endiuiæ, lactucæ, hordei aut aqua pura frigida in balneo Mariæ destillata, præsertim si virtus esset fortis.

FINIS.



